




INDEX ORNITHOLOGICUS,

SIVE

SYSTEMA ORNITHOLOGIÆ;

COMPLECTENS

AVIUM DIVISIONEM

IN CLASSES, ORDINES, GENERA, SPECIES,

IPSARUMQUE VARIETATES:

ADJECTIS

SYNONYMIS, LOCIS, DESCRIPTIONIBUS, &c.

STUDIO ET OPERA

JOANNIS LATHAM, S. R. S.

VOLUMEN I.

LONDINI,

SUMPTIBUS AUTHORIS:

PROSTANT VENALES APUD LEIGH ET SOTHEBY,
YORK-STREET, COVENT-GARDEN.

M.DCC.XC.

1790

LECTORI SALUTEM.

ANNUS jam nonus procedit, ex quo generalem Avium Synopsin in lucem edidi: quæ quidem ab omnibus hujus disciplinæ studiosis tanta humanitate, tanta benevolentia accepta est, ut oblectationem quandam certe, si non et scientiam attulisse videatur. Interea autem amici quidam, clarissimi, spectatissimique viri, quorum auctoritas apud me plurimum valere debet, multum diuque efflagitarunt, ut istius operis breve quoddam compendium Latinis literis mandarem, ac in medium proferrem.

Horum itaque cohortatione excitatus ad hoc munus exequendum grato lubentique animo me accinxeram; jamjamque sub prelo missurus eram, cum ad manus meas forte accessit nova Linnæi Systematis Naturæ Editio, a Domino Gmelin prolata. Quoniam autem vir hic celeberrimus inter alias Naturalis Historiæ provincias, ornithologicam quoque fusius tractavit, multumque auxit, nec aliis injucundum, nec a meo instituto alienum esse putavi, ejus observationes huic operi quodammodo interserere. Hinc igitur cum et clarius quoddam lumen accessit rebus antea vulgatis, et ipse quoque plurima adhuc nova, et prorsus incognita adjeci, proprio quodam jure mihi videor persuasissimum habere, hoc opus, si non ex omni parte absolutum atque perfectum sit, eam tamen absolutionem, perfectionemque attigisse, quam præsens hujus studii ratio atque disciplina admittat. In his enim, aliisque cunctis hujusmodi operibus, nullo modo fieri potest, quin ut restent plurima, quæ

feliciori ævo nati, auxiliisque usi melioribus, corrigant et emendant.

Quod ad divisiones, ordines, genera spectat, eadem quæ in Synopsi Avium, hic quoque obtinet ratio. Et si quando loci istius operis citantur, per vol. 1. intelligi volo primam partem primi voluminis; per vol. 2. secundam partem primi voluminis; per vol. 3. primam partem secundi voluminis; perque vol. 4. secundam partem secundi voluminis, atque ita deinceps. Causa autem, quæ, ut ita notarem, me potissimum induxit, hæc est. Unaquæque pars per se separatim, unum quasi volumen, a plerisque compacta est: ideoque supra dicta notatione, quicquid desideratur, citius faciliusque reperiri potest.

Denique, quantum in me situm est elaboravi, ut hæc qualiscunque opella mea, comprobatione saltem aliqua haud prorsus indigna esse, videatur. Omnes enim fere clarissimos auctores, qui de hac re scripserunt, evolvi: variaque specimina, quæ in meas manus forte inciderint, penitus inspexi. Spero igitur fore, Lector benevole, ut errores istos,

——Quos aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura—— Hor.

æquitas tua benigne condonabit.

Dabam Dareni Vadi,
1790.

JOANNES LATHAM.

AVES

A V E S.

DIVIDITUR AVIS in 1. CAPUT. 2. COLLUM. 3. TRUNCUM. 4. ALAS. 5. CAUDAM. 6. PEDES.

1. CAPUT ovatum. Hujus partes ſunt,

ROSTRUM corneum, *naribus* pertuſum, *linguam* includens, antice capiti adjunctum: forma in variis varia, *rectum*, *incurvum*, *recurvatum*, *teres*, *compreſſum*, *depreſſum*, *conicum*, *ſubulatum*, *cylindricum*, *angulatum*, *cultratum*, *fornicatum*, *uncinatum*; dividitur in *mandibulis* duabus nudis, edentulis, quibuſdam pone apicem *emarginatis*, paucis *ſerratis*: ſuperioris baſi quibuſdam *cera* nuda veſtita, *vibriſſis* pectinatim ciliatis ad faucis exterioris margines.

NARES foramina ſunt in *mandibula* ſuperiori, verſus baſin plerumque poſita; paucis in medio, aut apicem verſus, exceptis *Ramphaſto*, *Bucero*, &c. in quibus *nares* pone *roſtrum* ſitæ. Figura ovatæ, oblongæ, lineares, fornicatæ, tubuloſæ, &c.

CERA eſt membrana colorata baſin mandibulæ ſuperioris veſtiens.

LINGUA, *carnoſa*, *cartilaginea*, *emarginata*, *lacera*, *pennacea*, *ciliata*, *integra* ſ. *acuta*.

CAPISTRUM. Margo ipſius *capitis* pone *roſtrum*.

PILEUS *capitis* ſumma; hujus pars anterior *frons*, poſterior *occiput*, media *vertex* dicitur.

CRISTA conſtat pennis elongatis, quibus capitis ornatur *pileus*: hæc ex loco *frontalis*, *verticalis*; ex directione *reflexa*, *erecta*, *deflexa*; ex figura *compreſſa*, *faſciculata*; ex ſtructura *ſparſa*, *plicatilis*, pennis bifariam alternatim poſitis.

OCULI laterales, *palpebris* mobilibus ciliatis, ſub quibus *membrana nictitans*.

SUPERCILIUM, linea ſupra *palpebram* ſuperiorem a cæteris diſtincta: *ſuperciliorum* loco interdum linea picta, rarius caruncutata.

CARUN-

Caruncula sunt ornamenta carnosa, nuda, mollia, *capitis collique*; *frontis* ut in *Parris, Meleagride*; *verticis* in *Gallo*; *nuchæ* in *Gracula religiosa*; *superciliorum* in *Tetraonibus*; *juguli* in *Meleagride, Casuario.*

Lorum, linea nuda a *rostro* ad *oculos* ducta.

Orbita est regio circum *oculos.*

Genæ, regio inter *oculos* et *gulam.*

Tempora, regio inter *oculos* et *aures.*

Aures, foramina ad *caput* posterius, absque *auriculis*; in *Strigibus* valva cutanea obtectæ.

Barba varia est; *mystacea* ad mandibulas inferiores mobilis ut in *Momoto, Paro pendulino: vibrissiformis* ad margines baseos mandibularum cilii instar pectinata, ut in *Caprimulgo*; *pectoralis*, ut in *Meleagride Gallopavone* adultiore.

2. COLLUM elongatum, erectiusculum, teres, dividitur in partes sequentes:

Nucha, pars supra, ubi *capiti* annectitur.

Cervix, spatium inter *nucham* et *dorsi* initium.

Gula, pars subtus, ubi *capiti* connectitur.

Jugulum, spatium inter *gulam* et *pectus.*

3. TRUNCUS ovatus, quo spectant,

Dorsum, pars *trunci* superior *collum* inter et *uropygium.*

Interscapulium, regio *dorsi* anterior inter *alas.*

Humeri, pars anterior *alis* incumbens, inter *brachii* ossa et *cubiti* apicem.

Pectus subtus *sternum* tegit.

Axillæ, latera *pectoris* sub basi alarum.

Hypochondria, latera *pectoris* et *abdominis* posteriora.

§ Abdomen

Abdomen molliufculum, inter apicem *fterni* et *anum.*

Crissum, regio inferior *uropygii,* a femoribus ad *caudam.*

4. ALÆ, volatui infervientes, conftant fequentibus partibus.

Tectrices numerofi funt, *minores* vel *majores*; *minores* fummæ offa tegunt, infra quas *majores remigibus* incumbunt. *Tectrices* inferiores *alam* fubtus tegunt.

Remiges *primores, fecundariæ, tertiales : primores,* f. externæ, numero fæpius 10; *fecundariæ,* f. mediæ, 10–18; *tertiales,* f. internæ, 3–5.

Alula (*Ala fpuria*) pennis 4 f. 5 parvis conftat, bafi primorum externe fita, forma *alam veram* referens, unde a veteribus *ala notha* nominata.

Scapulares pennæ e *brachiis* oriuntur, fupra bafin alarum et inter *corpus* et *alam* complicatam procumbunt.

Speculum alarum macula eft colorata, nitida, in fuperficie *tectricum,* rarius *remigum,* picta; dum complicantur *alæ* confpicua, quemadmodum in *Anatibus* videre eft.

5. CAUDA conftructa eft e *rectricibus,* numero variantes, et nafcitur ex *uropygio.*

Uropygium feffile, cordatum, glandula gemina *caudæ* brevi adpofita, tumidum, fupra pertufum *poro* oleifero, cincto penicillo : ambitu ciliatum *rectricibus caudæ.*

Rectrices fæpe xii (1. 2. 3. 4. 5. 6. 6. 5. 4. 3. 2. 1.); plures (18) *Gallinis, Anatibus* quibufdam ; pauciores (10) *Picarum* generibus variis.

Cauda longitudine et forma variat; *brachyuram* vocamus quando pedibus brevior, et *macrouram* intelligimus quando longior : *cauda integra, rectricibus* apice æqualibus ; *cuneata,* ad latera per gradus brevioribus ; *forficata,* lateralibus gradatim longioribus.

Tectrices *caudæ* fuperiores et inferiores bafin *rectricum* fupra et fubtus tegunt, et celant.

6. PEDES, ex *femore*, *tibia*, *digitis*, *unguibus*, componuntur.

Femora carnofa, pennis tecta, præterquam *cruribus* denudatis in *Grallis*, cæterum plerifque *æquilibrio* fuppofita, nifi in *compedibus* ambulare nefciis, quibus intra commune abdominis tegmen recondita, ut in generibus *Podicipe*, *Alca*, *Uria*, *Colymbo*, *Aptenodyta*.

Armilla eft annulus coloratus (quibufdam duplex triplexve) proxime fupra *genua*, ut in *Fulica*.

Tibiæ macres, anguftæ, tendinofæ, rariufve villofæ, plumofæve: paucis poftice *fpina* calcarata, imprimis *Mafculis*.

Digiti difpofitione et numero variant, unde *tetradactyli*, *curforii*.

* Tetradactyli. In his *digiti* quatuor varie digefti.

Ambulatorii, *digitis* tribus anticis diftinctis, uno poftico, qui frequentiffimi.

Gressorii, quibus *digiti* antici imprimis duo, abfque membrana, inter fe coaliti.

Scansorii, quibus *digiti* duo antici, duo poftici, ut in *Picis* variis.

Prehensiles, *digitis* omnibus quatuor antice difpofitis, ut in *Colio leuconoto*, *Hirundine Apo*, &c.

** Cursorii dicti, dum pedibus *digitus* pofticus deficit, ut in *Otide*, *Cafuario*, *Rhea*, *Charadrio*, *Curforio*, *Hæmatopo*, *Diomedea*, *Alca*, *Uria*.

Ex his folus quoad novimus, *Struthio Camelus*, *didactylus*.

Præter has divifiones, paucæ aves *anomalæ* videntur, e. g. *Picus tridactylus*, *Alcedo tridactyla*, *Loxia tridactyla*, &c.

Palmati, plerumque *natatorii*, digitis membrana connexis, ut in *Anatibus*, &c.

Semipalmati, *digitis bafi* tantum membrana intertexta.

Lobati, *digitis* membrana connexis, fed fiffa more digitorum.

Pinnati,

Pinnati, ubi digitorum utrinque ſinguli articuli membrana, tanquam lobo laterali, inſtruuntur.

Ungues plerumque *acuti*, quibuſdam *obtuſi*, paucis *marginati*, raro *ſerrati*, pauciſſimis *mutici*, i. e. *nulli*.

Spinæ ſunt arma, quibus præter *roſtrum* et *ungues* dimicant.

Spina axillaris, ubi *pollex*, ad *alulam* enatus, in mucronem terminatur, ut in *Struthione Camelo*, *Palamedea*, *Charadriis* variis, *Parris*, *Anatibus* quibuſdam.

Calcaria, dicuntur *ſpinæ* in poſtica *tibiarum*, ut in *Pavone*, *Phaſiano*, *Tetraone*.

Cornua vocantur *ſpinæ capitis*, ut in *Palamedea*, *Meleagride ſatyro*.

Palearia, membranæ carneæ a mandibula inferiore dependentes, ut in *Gallo*, *Callæa*.

Sacculus, burſa diſtenſilis ſub gula pendens, ut in *Tantalis*, *Pelecanis*.

AVIUM ORDINES.

ORDINUM CHARACTERES.

ORDO I. ACCIPITRES.

ROSTRUM ſubincurvatum; *mandibula* ſuperiore pone apicem utrinque dilatata, ſ. dente armata: *naribus* patulis.
PEDES inſidentes, breves, robuſti: *digitis* ſub geniculis verrucoſis: *unguibus* arcuatis, acutiſſimis.
CORPUS *capite collo*que muſculoſis: *cute* tenaci: impurum.
VICTUS laniena rapinaque e cadaveribus.
NIDUS in altis, *ova* circiter 4; *Femina* præſtantior. Monogamia.

ORDO II. PICÆ.

ROSTRUM cultratum, dorſo convexo.
PEDES ambulantes, breves, validiuſculi.
CORPUS tenaciuſculum, impurum.
VICTUS e quiſquiliis.
NIDUS in arboribus; *Mas* alens *feminam* incubantem. Monogamia.

ORDO III. PASSERES.

ROSTRUM conico-acuminatum.
PEDES ſalientes, teneri, fiſſi.
CORPUS tenellum: *granivoris* purum, *inſectivoris* impurum.
VICTUS in arboribus, e ſeminibus aut inſectis.
NIDUS artificioſus; *pullis* cibus inculcandus. Monogamia. Cantus.

ORDO IV. COLUMBÆ.

ROSTRUM rectiusculum, basi tumidum.
PEDES ambulantes, breves, *unguibus* simplicibus.
CORPUS carnosum, sapidum.
VICTUS e granis, fructibus, seminibus inglutiendis.
NIDUS inartificiosus in arboribus, caveis; ovis duobus; *pullus* intra ingluviem matris grana in os recipit. Monogamia.

ORDO V. GALLINÆ.

ROSTRUM convexum, *mandibula* superiore fornicata supra inferiorem; *naribus* membrana cartilaginea fornicatis.
PEDES ambulantes, digitis subtus scabris.
CORPUS setaceum, musculosum: purum.
VICTUS in terra e granis in ingluvie macerandis. Pulveratrices.
NIDUS in terra absque arte; *ovis* numerosis. *Pullis* cibus monstrandus. Polygamia.

ORDO VI. STRUTHIONES.

CORPUS enorme, ponderosum, vix edule.
ALÆ parvæ, volatui inutiles, vel nullæ.
PEDES cursorii, validi, digitis variis.
VICTUS e granis, vegetabilibus.
NIDUS in terra. Monogamia.

ORDO VII. GRALLÆ.

ROSTRUM subcylindricum.
PEDES vadantes, femoribus seminudis.
CORPUS compressum, pelle tenuissima, cauda brevi: sapidum.
VICTUS in paludibus ex animalculis.
NIDUS in terra sæpius. Nuptiis variis.

Ordo VIII. PINNATIPEDES.

Rostrum, Corpus, Victus, ut in GRALLIS.
Pedes vadantes, femoribus feminudis, digitis fiffis, per totam longitudinem pinnatis.
Nidus ingens e foliis, gramine, in vadofis. Monogamia.

Ordo IX PALMIPEDES.

* Pedibus longioribus.

Corpus depreffiufculum, conicum, junioribus fapidum.
Pedes longiffimi, vadantes, femoribus maxima parte nudis, digitis membrana femipalmatis.
Victus in aquis, ex pifciculis, infectis variis.
Nidus terreftris. Monogamia.

** Pedibus brevioribus.

Rostrum læve, epidermide tectum, apice auctum.
Pedes natatorii, digitis membrana palmatis, tibiis compreffis brevibus.
Corpus pingue; cute tenaci; plumis præftantioribus: rancefcens.
Victus in aquis, ex plantis, pifcibus.
Nidus fæpius terreftris. *Mater* rarius porrigit *pullis*. Polygamia frequentius.

AVIUM

AVIUM GENERA.

CHARACTERES GENERUM.

Div. I. AVES TERRESTRES.

Ordo I. ACCIPITRES.

1. Vultur. . . .	Roftrum *aduncum*. Caput *denudatum*.
2. Falco. . . .	Roftrum *aduncum*, bafi *cera* tectum.
3. Strix. . . .	Roftrum *aduncum*, *capiftro* reverfo.

Ordo II. PICÆ.

* *Pedibus ambulatoriis.*

4. Lanius. . . .	Roftrum *rectiufculum*, *emarginatum*.
10. Buphaga. . .	Roftrum *rectum*, *quadrangulare*.
12. Callæas. . .	Roftrum *incurvatum*, *fornicatum*.
13. Corvus. . . .	Roftrum *cultratum*, *capiftro reverfo*.
14. Coracias. . .	Roftrum *cultratum*, *apice incurvo*.
15. Oriolus. . .	Roftrum *rectum*, *conicum*, *acutiffimum*.
16. Gracula. . .	Roftrum *cultratum*, *æquale*, *bafi calva*.
17. Paradisea. . .	Roftrum *fubcultratum*, *capiftro holofericeo*.
25. Sitta. . . .	Roftrum *rectum*, *apice cuneato*.
28. Upupa. . . .	Roftrum *incurvatum*, *obtufiufculum*.
29. Certhia. . .	Roftrum *incurvatum*, *acuminatum*.
30. Trochilus. . .	Roftrum *incurvatum*, *filiforme*, *apice tubulofo*.

* * *Pedibus fcanforiis.*

5. Psittacus. . .	Roftrum *cera obductum*. Lingua *carnofa*.

6. Rham-

6. RHAMPHASTOS. . Roftrum *ferratum.* Lingua *pennacea.*
8. SCYTHROPS. . . Roftrum *cultratum.* Nares *ovatæ, rugofæ.*
11. CROTOPHAGA. . Roftrum *rugofum, margine angulatum.*
18. TROGON. . . Roftrum *ferratum, apice aduncum.*
19. BUCCO. . . . Roftrum *læve, emarginatum, aduncum.*
20. CUCULUS. . . Roftrum *læve.* Nares *emarginatæ.*
21. YUNX. . . . Roftrum *læve.* Lingua *lumbriciformis.*
22. PICUS. . . . Roftrum *angulatum.* Lingua *lumbriciformis.*
23. GALBULA. . . Roftrum *quadrangulare, acutiffimum.*

*** *Pedibus grefforiis.*

7. MOMOTUS. . . Roftrum *incurvatum, denticulatum.* Lingua *pennacea.*
9. BUCEROS. . . Roftrum *ferratum, fronte offea.*
24. ALCEDO. . . . Roftrum *trigonum, rectum.*
26. TODUS. . . . Roftrum *lineare, depreffum, rectum.*
27. MEROPS. . . . Roftrum *incurvatum, compreffiufculum.*

ORDO III PASSERES.

* Craffiroftres.

35. LOXIA. . . . Roftrum *conico-ovatum.*
36. EMBERIZA. . . Roftrum *fubconicum, mandibula inferiore latiore, coarctata.*
38. FRINGILLA. . . Roftrum *conicum, acutum.*
39. PHYTOTOMA. . . Roftrum *conicum, rectum, ferratum.*

** Curviroftres, *mandibula fuperiore apice incurvata.*

34. COLIUS. . . . Roftrum *conico-attenuatum,* fupra *convexum.*
44. PIPRA. . . . Roftrum *incurvum, fubulatum.*
46. HIRUNDO. . . Roftrum *incurvum, depreffum.*
47. CAPRIMULGUS. . Roftrum *incurvum, depreffum, ciliatum.*

*** Emarginatiroftres, *mandibula fuperiore pone apicem emarginata.*

32. TURDUS. . . . Roftrum *emarginatum, fubulatum, bafi compreffum.*
33. AMPELIS. . . Roftrum *emarginatum, fubulatum, bafi depreffum.*

37. TA-

37. Tanagra. . . Roſtrum *emarginatum, ſubulatum, baſi conoideum.*
40. Muscicapa. . . Roſtrum *emarginatum, ſubulatum, baſi ciliatum.*

**** Simpliciroſtres, *roſtro recto, integro, antennuato.*

31. Sturnus. . . Roſtrum *ſubulatum, apice depreſſo marginato.*
41. Alauda. . . . Roſtrum *ſubulatum.* Lingua *bifida.* Unguis *poſticus elongatus.*
42. Motacilla. . . Roſtrum *ſubulatum.* Unguis *poſticus modicus.* Cauda *longior.*
43. Sylvia. . . . Roſtrum *ſubulatum.* Unguis *poſticus modicus.* Cauda *brevior.*
45. Parus. . . . Roſtrum *ſubulatum.* Lingua *truncata.* Capiſtrum *reverſum.*

Ordo IV. COLUMBÆ.

48. Columba. . . Roſtrum *ſubfornicatum.* Nares *gibboſæ,* membrana obliterata.

Ordo V. GALLINÆ.

49. Pavo. . . . Vertex *pennis revolutis.* Roſtrum *nudum.*
50. Meleagris. . . Facies *carunculis numeroſis.*
51. Penelope. . . Caput *pennatum.* Roſtrum *baſi nudum.*
52. Numida. . . . Carunculæ *binæ ad baſin mandibularum.*
53. Crax. . . . Cera *baſin roſtri obducens.*
54. Phasianus. . . Genæ *nudæ, læves.*
55. Tinamus. . . Roſtrum *longius apice obtuſum.* Nares *in medio.*
56. Tetrao. . . . Roſtrum *conicum, incurvum,* macula *ſupra oculos nuda.*
57. Perdix. . . . Roſtrum *conico-incurvum,* area oculorum *tecta.*
58. Psophia. . . . Roſtrum *ſubfornicatum.* Nares *ovatæ, perviæ.*
59. Otis. . . . . Roſtrum *ſubfornicatum.* Lingua *emarginata.* Pedes *curſorii.*

Ordo VI. STRUTHIONES.

60. Didus. . . . Roſtrum *coarctatum, apice inflexum.* Facies *nudiuſcula,* digitis *quatuor.*

63. RHEA. . . . Roftrum *rectum*, *fubconicum.* Digitis *tribus anticis*, *poftico callo.*

62. CASUARIUS. . . Roftrum *rectum*, *fubconicum.* Digitis *tribus antice pofitis.*

61. STRUTHIO. . . Roftrum *rectum*, *depreffum*, *obtufum.* Digitis *duobus.*

DIV. II. AVES AQUATICÆ.

ORDO VII. GRALLÆ.

64. PLATALEA. . . Roftrum *depreffum*, *fpatulatum.*

65. PALAMEDEA. . . Roftrum *apice uncinatum*, *acutum.*

66. MYCTERIA. . . Roftrum, *mandibula inferiore craffiore*, *adfcendens.*

67. CANCROMA. . . Roftrum *gibbofum*, *mandibula fuperiore cymbæ refupinatæ forma.*

68. SCOPUS. . . . Roftrum *compreffum*, *carinatum*, *obtufum.*

69. ARDEA. . . . Roftrum *rectum*, *acutiufculum.*

70. TANTALUS. . . Roftrum *arcuatum*, facco *gulari.*

71. NUMENIUS. . . Roftrum *arcuatum*, facie *pennis tecta.*

72. SCOLOPAX. . . Roftrum *longius*, *rectum*, *teretiufculum*, *obtufiufculum.*

73. TRINGA. . . . Roftrum *teretiufculum*, *obtufum.* Pollex *vix infiftens.*

74. CHARADRIUS. . Roftrum *teretiufculum*, *rectum.* Pedes *curforii.*

75. CURSORIUS. . . Roftrum *teretiufculum*, *apice adunco.* Pedes *curforii.*

76. HÆMATOPUS. . . Roftrum *compreffiufculum*, *apice cuneo.* Pedes *curforii.*

77. GLAREOLA. . . Roftrum *convexum*, *apice compreffum.*

78. RALLUS. . . . Roftrum *fubcarinatum.* Corpus *compreffiufculum.*

79. PARRA. . . . Roftri *bafis fronte carunculis mobilibus.*

80. GALLINULA. . . Roftrum *rectum*, *acutum*, *fronte calva.*

81. VAGINALIS. . . Roftrum *validum*, *conicum.* Nares cera *cornea mobili tectæ.*

Ordo VIII. PINNATIPEDES.

82. Phalaropus. . Roſtrum *gracile, rectum, apice vix inflexo.*
83. Fulica. . . . Roſtrum *conicum, compreſſiuſculum, baſi fronte calva.*
84. Podiceps. . . Roſtrum *rectum, acutum,* pedibus *compedibus.* Cauda *nulla.*

Ordo IX. PALMIPEDES.

* *Pedibus longioribus.*

85. Recurvirostra. Roſtrum *ſubulato-attenuatum, depreſſum, recurvum.*
86. Corrira. . . Roſtrum *breve, rectum, edentulum.*
87. Phoenicopterus. Roſtrum *infractum, denticulatum, deorſum incurvum.*

** *Pedibus brevioribus.*

88. Diomedea. . . Roſtrum *mandibula inferiore truncata.* Pedes *tridactyli.*
89. Alca. . . . Roſtrum *compreſſum rugis lateralibus tranſverſis.* Pedes *tridactyli.*
90. Uria. . . . Roſtrum *rectum, ſubulatum.* Pedes *tridactyli.*
91. Colymbus. . . Roſtrum *rectum, acutum, mandibulis lateribus coarctatis.* Pedes *compedes.*
92. Rhynchops. . . Roſtrum *mandibula ſuperiore breviore.*
93. Sterna. . . . Roſtrum *ſubulatum, apice compreſſo.*
94. Larus. . . . Roſtrum *ſub apice ſubtus gibbum.*
95. Procellaria. . Roſtrum *naribus ſubincumbentibus, ſubcylindricis.* Pollice *calcarato.*
96. Mergus. . . . Roſtrum *unguiculatum denticulis ſubulatis.*
97. Anas. . . . . Roſtrum *unguiculatum denticulis membranaceis.*
98. Aptenodytes. . Roſtrum *rectum, apice deorſum inclinans.* Alæ *pinniformes, inutiles.*

99. Pelecanus. . . Roſtrum *cinctum facie nuda.* Gula *ſaccoſa.*
100. Phaeton. . . Roſtrum *cultratum, compreſſum, ſerratum.*
101. Plotus. . . Roſtrum *ſubulatum, ſerratum.* Collum *longiſſimum.*

ERRORES TYPOGRAPHICI.

Pag. 8. *lin.* 8. *pro* nuda, *lege* nudum.—*lin.* 9. *pro* longorum, *lege* longarum.—*Pag.* 11. *lin.* 20. *pro* altera, *lege* alter.—*Pag.* 28. *margine, pro* 69. *lege* 63.—*Pag.* 33. *lin.* 3. *pro* rachidibus, *lege* rachibus.—*lin.* 20. *pro* t. 8, *lege* 20.—*Pag.* 37. *lin.* 4. *pro* altera griſea, *lege* alter griſeus.—*Pag.* 41. *lin.* 24. *adde Briſ.* i. p. 393. 27.—*Id.* 8vo. i. p. 113.—*Pag.* 45. *marg. pro* uperciliofus, *lege* ſuperciliofus.—*Pag.* 59. *lin.* 21. *pro* 130, *lege* 132.—*Pag.* 62. *marg. pro* 4, *lege* 34.—*Pag.* 65. *lin.* 18. *pro* altera, *lege* alter.—*Pag.* 70. *lin.* 33. *pro Carlſc. lege Carlſ.*—*Pag.* 87. *lin.* 28. et alibi, *pro Phyll. lege Phill.*—*Pag.* 107. *lin.* 13. *pro Syn. Av. lege Lath. Syn.*—*Pag.* 115. *lin. ult. pro* lutei, *lege* luteæ.—*lin.* 28. et alibi, *pro* coeuns, *lege* coiens.—*Pag.* 162. *lin. ult. pro* candidus, *lege* candida.—*Pag.* 176. *lin.* 3. *pro* orizyvorus, *lege* oryzivorus.—*Pag.* 182. *lin.* 18. *pro* penſile, *lege* penſilem.—*Pag.* 183. *lin.* 20. *adde* Tanagra nigerrima, *Gmel. Syſt.* 899.—*Pag.* 201. *lin.* 25. *pro* protenſa, *lege* protenſo.—*Pag.* 315. *marg. pro* 46, *lege* 47.—*Pag.* 388. *marg. pro* eptentrionalis, *lege* ſeptentrionalis.—*Pag.* 403. *lin.* 8. *pro* 477. *lege* 497.—*Pag.* 416. *lin.* 25. *pro* f. 1, *lege* f. 1. 2.—*Pag.* 420. *lin.* 11. *dele* 126. 1.—*Pag.* 446. *lin.* 2. *pro* at qu, *lege* atque.—*Pag.* 480. *lin.* 23. *adde Pl. Enl.* 234. f. 2.—*Pag.* 497. *lin.* 5. *adde Pl. Enl.* 363.—*Pag.* 574. *lin.* 1. *pro* camini, *lege* caminis.—*Pag.* 603. *lin.* 2. *pro* 232, *lege* 282.—*Pag.* 623. *lin.* 32. *pro* 123, *lege* 125.—*Pag.* 633. *lin.* 11. *pro* ampla, *lege* amplus.—*Pag.* 642. *lin.* 30. et alibi, *pro* calcare, *lege* calcari.—*Pag.* 671. *lin.* 16. *pro* nigricans, *lege* nigricantia.—*Pag.* 831. *lin.* 21. *adde* La Piette, *Buf.* viii. p. 275. t. 24.—*Pl. Enl.* 449.—*Pag.* 843. *lin.* 20. *pro* Gibber, *lege* Tuber.—*Pag.* 852. *lin. ult. adde* Siffleur à bec noir, *Buf.* ix. p. 185.—*Pl. Enl.* 804.—*Pag.* 880. *lin.* 6. *pro* 380. *lege* 382.

A V E S.

Div. I. TERRESTRES.

Ordo I. ACCIPITRES.

Genus I. VULTUR.

Roſtrum rectum, apice aduncum, baſi cute tectum.
Caput pleriſque impenne, antice nuda cute.
Lingua carnoſa, ſæpius bifida.
Collum retractile.
Pedes validi, unguibus modice incurvatis.

1.
Gryphus. V. Maximus, caruncula verticali longitudine capitis, gula nuda.
Vultur Gryphus, *Lin. Syſt. Nat.* vol. i. p. 121.—*Gmelin. Syſt.* i. p. 245.—*Klein. Av.* p. 45. 8.—*Briſ. Orn.* i. p. 473. 12.—*Id.* 8vo. p. 137.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 62. 2.
Avis ingens Chilenſis, Cuntur, *Raii Syn.* p. 11. 9.—*Laet. Am.* 401.
Le Condor, *Buf. Hiſt. des Oiſ.* i. p. 184.—*Frez. Voy.* p. 111.—*Condam. Voy.* p. 175.—*Molin. Chil.* p. 236.—*Id. (ed. Gall.)* p. 247.
Condur, *Lath. Syn.* i. p. 4.—*Id. Sup.* p. 1.—*Hawkeſw. Voy.* i. p. 15.

Habitat in *America auſtrali*, nidificans ad montes præruptiſſimos ſub rupibus prominulis, ova bina ponens. Prædatur vitulis, ovibus, imo pueris decennibus; binas aves *vaccam* dilaceraſſe & voraſſe tradunt. Avis maxima, *femina* tamen major, quæ criſta quoque cervicali, colore fuſco, torque nullo a *mare* differt; *alæ* maximæ, intra quarum extremitates pedes 12—16. *Remex longitudine* pedum 2 ½, craſſitie digit. 1 ½. *Corpus* nigrum, dorſo albo: *collum* torquatum pennis longioribus albis; *gula* rubens; *caput* fuſca lanugine tectum; *oculi* nigri, *iride* ſpadicea; *roſtrum* nigrum apice albido; *pedes* nigri unguibus rectiuſculis: *Cauda* parva.

2.
cinereus. V. fuſco-nigricans, remigibus rectricibuſque cineraſcentibus, pedibus pennatis.
Vultur cinereus, *Gmel. Syſt.* i. p. 247.—*Raii Syn.* p. 9. 1.—*Will. Orn.* p. 35. 1.—*Klein. Av.* p. 44. 4.—*Id. Ov. Av.* p. 18. t. 5. f. 5.—*It. per Poſegan.* p. 27.

Vultur, *Brif. Orn.* i. p. 453.—*Id.* in 8vo. p. 130.—*Will. Orn.* p. 34.
——— totus fufcus, *Faun. Arag.* p. 67. N° 2.
Vautour, *Buf. Oif.* i. p. 158. t. 5.—*Pl. Enlum.* 425.
Cinereous, or afh-coloured Vulture, *Will. (ed. Angl.)* p. 66. 1.—*Lath. Syn.* i. p. 14.

Habitat in *Europæ* montibus altis. *Longitudo* tres pedes & fex pollices; *Latitudo* 7 ped. ¾. *Caput, guttur,* & *colli* pars fuprema fufca teguntur lanugine; pennulæ longæ, pilorum æmulæ, fub gutture prominent, ut barbam efficiant. *Digiti* flavi, unguibus nigris.

Variat colore nigricante.

3. Percnopterus. V. remigibus nigris, margine exteriore (præter extimas) canis.
Vultur Percnopterus, *Lin. Syft.* i. p. 123. 7.—*Gmel. Syft.* i. p. 249.—*Gmel. It.* iii. p. 364. t. 37.—*Borowfk. Nat.* ii. p. 65.
Le Percnoptere, *Buf.* i. p. 149.—*Pl. Enl.* 426.
Alpine Vulture, *Lath. Syn.* i. p. 12.—*Id. Sup.* p. 3.

Habitat in *Ægypto, Europa auftrali.*

β. V. rufo-cinereus, fufco maculatus: pedibus nudis.
Vultur Ægyptius, *Brif.* i. p. 457. 3.—*Id.* 8vo. p. 131.—*Gmel. Syft.* i. p. 249. N° 7. β.—*Belon. Oif.* p. 110. t. p. 111.—*Aldr. Av.* i. p. 378. t. p. 379.
Sacre d'Egypte, *Buf. Oif.* i. p. 167.
Egyptian Vulture, *Lath. Syn.* i. p. 13.

4. leucocephalus. V. corpore fuliginofo maculis rufis; capite, collo, bafique caudæ albis.
Vultur leucocephalus, *Brif.* i. p. 466. 9.—*Id.* 8vo. p. 134.
——— percnopterus, *Haffelq. It.* p. 209.—*It. Pofegan.* p. 27.—*Faun. Arag.* p. 67. 1.
V. aquilinus cinereus, *Gerin. Ornith.* i. p. 47. t. 14.
Falco montanus Ægyptius, *Act. Stock.* 1751. p. 196. *(Haffelq.)*
Vultur albus, *Raii Syn.* p. 10. N. 6.—*Will.* p. 35. N. 6.—*Id. (ed. Angl.)* p. 67.
——— albicans, *Klein. Av.* p. 44. 5.—*Id. Ov. Av.* p. 18. t. 5. f. 3.
Le petit Vautour, *Buf. Oif.* i. p. 164.
Vautour de Norvege, *Pl. Enl.* 429.
L'Avoltoio bianco, *Cett. uc. Sard.* p. 12.
Afh-coloured Vulture, *Lath. Syn.* i. p. 13.

Habitat in *Afia, Africa,* et *Europa auftraliore*; in tota *Aragonia* frequens; in altis rupibus nidificat. 2 pedes, 6 pollices longus.

Roftrum

Rostrum atrum. *Frons* et *gula* nuda, cute lutea rugosa. *Corpus* totum album; remigibus atris, margine exteriore canis, exceptis duabus primis unicoloribus.—Nares perpetuo stillant.

β. V. nigricans, capite colloque denudatis; corpore subtus scapis pennarum albis.
Vultur Bengalensis. *Gmel. Syst.* i. p. 245. 2.
——— percnopterus, *Hasselq. It.* p. 209, femina.—*Id. (ed. Angl.)* p. 194.
Bengal Vulture, *Lath. Syn.* i. p. 19. t. 1.—*Id. Sup.* p. 3.

HABITAT cum priore, cujus *femina* est.—Color totus fusco nigricans, *corpore* subtus, *femoribusque* scapis pennarum albidis. *Ovum* sordescens.

5.
barbarus. V. ex atro fuscus, subtus albo fuscescens, pedibus lanatis, digitis plumbeis, unguibus fuscis.
Vultur barbatus, *Bris.* vi. *App.* p. 26.—*Id.* 8vo. i. 137.
——— barbarus, *Gmel. Syst.* i. p. 250.
Bearded Vulture, *Edw.* t. 106.—*Lath. Syn.* i. p. 11.

HABITAT in *Africa*, præsertim *Barbaria*, magnitudine *Falconis fulvi*. *Rostrum* ex purpurascente carneum, mandibula inferiore fasciculo plumarum nigrarum pendularum barbata: *supercilia* rubra: *irides* flavæ: *capitis* maxima pars lanugine alba vestita: *frons*, *genæ*, et *oculorum* area nigra: *cervix* pennis angustis acuminatis, longis, albicantibus tecta.

6.
barbatus. V. albido-rutilus, dorso fusco, tænia nigra supra et infra oculos.
Vultur barbatus, *Lin. Syst.* i. p. 123. 6.—*Ger. Orn.* i. p. 49. t. 11.—*Bor. Nat.* ii. p. 64.
——— Alpinus, *Bris. Orn.* i. p. 464. 8.—*Id.* 8vo. i. p. 133.
Falco barbatus, *Gmel. Syst.* i. p. 252.
Percnopterus, s. Gypaëtos, *Raii Syn.* p. 8. N° 10.—*Will.* p. 33. art. viii. N° 4.—*Id. (Angl.)* p. 65. t. 4.—*Storr Alpenr.* i. p. 69.
Laemmergeyer, *Andreæ Brief aus der Schweitz*, p. 195. t. 12.—*Decouv. Russ.* ii. p. 385. t. in p. 387.
Avoltoio barbato, *Cett. uc. Sard.* p. 16.
Vulturine Eagle, *Alb.* ii. t. 3.

β. V. rufus, dorso nigro, capite et collo supremo rufo-albis, remigibus rectricibusque fuscis.
Vultur aureus, *Bris.* i. 458. 5.—*Id.* 8vo. p. 132.—*Raii Syn.* p. 10. N° 5.—*Will. Orn.* p. 35. N° 5.—*Hablizl apud Pall. n. nord Beytr.* iv. 84. *et S. G. Gmelin It.* iv. p. 185.

Vultur Bœticus, *Raii Syn.* p. 10. N° 3.—*Will.* p. 35. 3.
Chesnut Vulture, *Will. (Angl.)* p. 66. 3.
Golden Vulture, *Will. (Angl.)* p. 67. N° 5. t. 4.—*Lath. Syn.* i. p. 18.

γ. F. cera cærulescente, pedibus et corpore subtus castaneis albo mixtis, cauda cinerea.
Falco magnus, *S. G. Gmelin It.* iii. p. 365. t. 38.—*Gmelin Syst.* i. p. 252.

HABITAT gregibus parvis in *Alpibus helveticis, rhæticis, noricis,* β. et γ. *persicis.* Nidificat in antris rupium inaccessarum habitu externo, gregario volatu, cadaverum appetitu, ad vulturem; reliquo victu, capite et collo, audacia, ad aquilas accedit.

7. Papa. V. rufescente-albus, naribus carunculatis, vertice colloque denudatis.
Vultur Papa, *Lin. Syst.* i. p. 122. 3.—*Gmel. Syst.* i. p. 246.
——— Monachus, *Klein Av.* p. 46. 9.
Rex Vulturum, *Bris.* i. p. 470. 11. t. 36.—*Id.* 8vo. p. 135.—*Borowski Naturg.* p. 61. t. 1.
Regina Aurarum, *Will. Orn.* p. 302.
Cozcacoauhtli, *Raii Syn.* p. 161.
V. elegans, *Ger. Orn.* i. p. 44. t. 12.
Roi des Vautours, *Buf. Ois.* i. p. 169. t. 6.—*Pl. Enl.* 428.
Queen of the Auræ, *Will. (Angl.)* p. 390.
King of the Vultures, *Edw.* t. 2.—*Albin* ii. t. 4.—*Lath. Syn.* i. p. 7.

HABITAT in *America* calidiore, et Insulis occidentalibus, victitans serpentibus, lacertis, cadaveribus; alte volitat. Magnitudo *Gallopavonis* feminæ. *Caput Collique* pars superior quasi excoriata, retrahere potest intra vaginam cutis plumosæ colli inferioris: area oculorum nuda, crocea: *Vitta* nigricante lanugine ab occipite caput cingit: *corpus* rufescenti-album: *remiges* cinerascenti-nigri: *pedes* rubri: *rostrum* rubrum, *cera* aurantia; *carunculæ* dentatæ juxta ceram s. nares.

8. Aura. V. fusco-griseus, remigibus nigris, rostro albo.
Vultur Aura, *Lin. Syst.* i. p. 122. 5.—*Gmel. Syst.* i. p. 246.—*Bor. Nat.* ii. p. 63. 3.
——— Brasiliensis, Urubu, Tzopilotl, Aura, *Raii Syn.* p. 10. 8.—*Id.* p. 180. 1.—*Will.* p. 36. 2.—*Id. (Angl.)* p. 68. t. 3.—*Bris. Orn.* i. p. 468. 10.—*Id.* 8vo. p. 135.—*Klein. Av.* p. 44. 7.
V. Brasilianus, *Ger. Orn.* i. p. 45. t. 13.
Vautour du Bresil, *Buf. Ois.* i. p. 175.—*Pl. Enl.* 187.
Strunt-vogel, *Kolb. Cap.* ii. p. 136?

Gallinazo,

Gallinazo, *Ulloa It.* p. 60. 201.—*Id. Voy. (ed. Angl.)* p. 56. 196.
Turkey Buzzard, *Catef. Car.* i. t. 6.—*Phil. Tranf.* xvii. p. 991. *(Clayton.)*
Carrion Vulture, *Sloan. Jam.* ii. p. 294. t. 254.—*Brown. Jam.* p. 471. *Damp. Voy.* ii. part 2. p. 67.—*Arct. Zool.* ii. N° 86.—*Lath. Syn.* i. p. 9.—*Id. Sup.* p. 2.

β. niger, remigibus fufcis, roftro cineraceo. *Molin. Hift. nat. Chili* p. 235.—*Id. (ed. Gall.)* p. 245.
Vultur Iota, *Gmelin Syft.* i. p. 247. 5. β.

HABITAT in *America* etiam boreali, infulifque adjacentibus, infulis quoque *novi anni*.

Privilegio munitus in *America* cadavera ferpentefque vorans; cadavera animalium fimul cum canibus fumma concordia dilacerat.—Fœtidum ftercoris humani odorem fpirat, noctu gregarie dormit in fummis arborum cacuminibus.

Corpus magnitudine circiter *Gallopavonis*, purpureo viridique micans: *irides* croceo-cærulefcentes: *pedes* carnei: *caput* rufefcens.

β. fimiliter fœtidiffimus, iners vix nifi laceffitus: vociferatur voce muris: nidum inter rupes aut in terra ftruit ex foliis pennifque, et ova elidit bina alba, quafi infumata.

Junior totus albus, fenfim autem nigrefcit, ut tamen *roftrum*, apice excepto, albeat: *remiges*, *pedes*, et *irides* fufca.

9. Monachus. V. vertice gibbofo, corpore nigro.
Vultur monachus, *Lin. Syft.* i. p. 122. 4.—*Gmel. Syft.* i. p. 246.
——— Arabicus, *Brif.* vi. *App.* 29.—*Id.* 8vo. p. 138. N° 14.
Crefted black Vulture, *Edw.* t. 290.
Arabian Vulture, *Lath. Syn.* i. p. 8.

HABITAT in *Arabia*, *Melanæeto* major.

Caput cum *collo* lanugine cinerea tectum: *orbita* alba: *caput* fupra gibbum elevatum: *cera pedefque* cærulefcentes.

10. fufcus. V. fufcus, remigibus nigricantibus, primoribus apice albis fufco maculatis, pedibus nudis.
Vultur fufcus, *Gmelin Syft.* i. p. 248.—*Brif. Orn.* i. p. 455.—*Id.* 8vo. p. 130. 2.
Avoltojo Griffone, *Cetti Ucc. di Sard.* p. 1.
Vautour de Malte, *Buf. Oif.* i. 161.—*Pl. Enl.* 427.
Maltefe Vulture, *Lath. Syn.* i. p. 15.

HABITAT

Habitat in *Europa*, *Malta*.

Magnitudo inter *Ph. Colchicum* et *Gallopavonem* intermedia: *caput* fufca lanugine tectum: *cervix* pennis anguftis: *roftrum* nigrum: *pedes* flavefcentes, *unguibus* obfcuris. Affinis *V. Percnoptero*.

11. niger. V. niger, remigibus rectricibufque fufcis, pedibus pennatis.
Vultur niger, *Brif. Orn.* i. p. 457. 4.—*Id.* 8vo. p. 131.—*Gmel. Syft.* i. p. 248.—*Raii Syn.* p. 9. 2.—*Will. Orn.* p. 35. 2.
Swarthy Vulture, *Charl. Ox.* p. 71. 4.
Black Vulture, *Will. (Angl.)* p. 66.—*Lath. Syn.* i. p. 16. N° 10.

Habitat in *Ægypto* frequens, *Sardinia*.

Magnitudine *V. aureum* antecellit: *caput* lanugine fufca tectum, *colli* pars proxima plane nuda, et cum *orbitis pedibufque* ad digitos ufque lanatis alba: *corpus* univerfum nigrum, remigibus rectricibufque fufcis.

12. fulvus. V. grifeo-fufcefcens, capite collo et torque albis, remigibus rectricibufque nigris.
Vultur fulvus, *Brif. Orn.* i. p. 462. 7.—*Id.* 8vo. p. 133.—*Ger. Orn.* i. p. 43. t. 10.—*Hablizl apud S. G. Gmel. It.* iv. p. 179.—*Pallas n. nord Beytr.* iv. p. 58.—*Gmel. Syft.* i. p. 249. 11.
Vultur fulvus Bœtico congener, *Raii Syn.* p. 10. 7.—*Will. Orn.* p. 36. t. 4. f. 1. Vultur.
Griffon, *Buf. Oif.* i. p. 151.
Vulture, *Alb.* iii. t. 1.
Fulvous Vulture, *Will. (Angl.)* p. 67. 7.—*Lath. Syn.* i. p. 17.

Habitat in montibus *Perfiæ*, quoque alpibus *funamificis*, *F. fulvo* major.

Roftrum cærulefcens: *pedes* plumbeo-cinerafcentes, ultra femoris medium intus lanugine denfa alba, extus pennis longis rufis tecti; unguibus nigris.

13. criftatus. V. rutilo-nigricans criftatus, pectore rufefcente, pedibus nudis.
Vultur criftatus, *Brif. Orn.* i. p. 460. 6.—*Id.* 8vo. p. 132.—*Gmel. Syft.* i. p. 250.
——— leporarius, *Raii Syn.* p. 10. 4.—*Will. Orn.* p. 35. 4.—*Klein. Av.* p. 44. 2.—*Id. Ov. Av.* p. 18. t. 5. f. 2.—*Ger. Orn.* i. p. 42. t. 9.
Vautour à aigrettes, *Buf. Oif.* i. p. 159.
Hare Vulture, *Will. (Angl.)* p. 67. 4.—*Lath. Syn.* i. p. 17.

Habitat

Habitat in denſis et deſertis ſylvis, in altiſſimis arboribus nidificans: lepores ex latibulis accipere didicit, nec pullis vulpium parcit: prædatur quoque piſcibus. Stans aut ſedens criſtam quaſi cornuta in capite erigit, quæ in volante non apparet. *Corpus* magnitudine ad *Oſſifragum* accedit: *alarum* apices 6 pedum intervallo diſtant: *pedes* flavi: *roſtrum* et *ungues* nigreſcunt. *Ovum* coloris aquæ lutoſæ. *Kl.*

14. ponticerianus. V. niger, capite colloque ſubdenudatis incarnatis, lateribus colli caruncula carnoſa rubra.
Vautour royal de Pondichery, *Son. Voy. Ind.* ii. p. 182. t. 104.
Pondicherry Vulture, *Lath. Syn. Sup.* p. 6.

Habitat in *India*. *Corpus* magnitudine *Anſeris*: *roſtrum* nigrum: *pedes* flavi.

15. indicus. V. fuſcus, corpore ſupra faſciis pallidis, capite colloque denudatis rufis, remigibus rectricibuſque nigris.
Le grand Vautour des Indes, *Son. Voy. Ind.* ii. p. 183. t. 105.
Indian Vulture, *Lath. Syn. Sup.* p. 6.

Habitat in *Indiæ* maritimis, piſcibus, cadaveribus prædans, voraciſſima avis. Magnitudo *Anſeris*: *roſtrum* nigrum, *caput* lanugine piloſa tectum: *collum* nudum: *pectus* pennis curtis obſitum.

16. ginginianus. V. albus, remigibus nigris: roſtro pedibuſque griſeis.
Le Vautour de Gingi, *Son. Voy. Ind.* ii. p. 184.
Gingi Vulture, *Lath. Syn. Sup.* p. 7.

Habitat in *India*, *Coromandela*, ſub nomine *Meleagridris feræ*.
Corpus *Meleagridis* magnitudine: *roſtrum*, *pedeſque* griſei: *irides* rubræ.

17. angolenſis. V. albus, orbitis nudis incarnatis, remigibus baſique caudæ nigris.
Falco Angolenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 252.
Angola Vulture, *Penn. Tour in Wales*, i. p. 228. t. 19.—*Lath. Syn.* i. p. 18.

Habitat in *Angola*. *Corpus* magnitudine fere *Anſeris*.
Roſtrum albicans, elongatum, apice ſolo aduncum: *cera* cæruleſcens: *orbitæ* late nudæ, carneæ: *irides* flaveſcentes: *pectus* ſacciforme: *pedes* albidi, ſquamoſi.

§ V. luteo-

18.
ambuſtus. V. luteo-fuſcus, orbitis antice nudis, gula pennis elongatis, cera ampla, pedibus cæruleſcentibus.
Falco ambuſtus, *Gmel. Syſt.* i. p. 252.
Tawny Vulture, *Brown Illuſt.* p. 2. t. 1.—*Lath. Syn.* i. p. 19.

HABITAT in *Inſulis Falklandicis*. 4 pollices ultra 2 pedes longus.
Roſtrum breve, craſſum, obſcurum: *cera* ampla, ſetis hiſpida: ſpatium inter roſtrum et oculos nuda: *mandibula* inferior faſciculo pennarum tenuium longorum barbata: *cauda* albida fuſco-faſciata: *pedes* cæruleſcentes, *unguibus* modice incurvatis.

19.
Plancus. V. occipite criſtato, capite lateribus colloque anteriore denudatis, corpore fuſco alboque faſciato, remigibus 4 baſi caudaque albis faſciis nigris.
Falco Plancus, *Miller Ill.* t. 17.—*Gmelin. Syſt.* i. p. 257.—*Cook's Voy.* ii. p. 184. t. 32.
Plaintive Eagle, *Lath. Syn.* i. p. 34.
——— Vulture, *Id. Sup.* p. 4.

HABITAT in *Terra del Fuego*: 28 pollices longus.
Roſtrum nigrum, *cera* ad apicem fere producta: *orbitæ*, *latera capitis* denudata, *pedeſque* flava.

20.
Cheriway. V. cera roſea, pedibus flavis, corpore ferrugineo, capite albido, vertice criſtato ferrugineo.
Falco Cheriway, *Jacquin Voeg.* p. 17. t. 4.—*Gmelin Syſt.* i. p. 254.
Cheriway Vulture, *Lath. Syn. Sup.* p. 5.

HABITAT in inſula *Aruba*, ad littus *Venatzuelæ* ſita. 2 pedes cum dimidio longus.
Roſtrum cæruleum: *caput* et *collum* flaveſcentia: *cera* et *orbitæ* nudæ, roſeæ: *rectrices* nigricantes, intermediis duabus faſciis albis.

21.
ſerpentarius. V. plumbeus occipite criſtato, pedibus elongatis, remigibus, criſſo, femoribuſque nigris, rectricibus intermediis longiſſimis.
Falco Serpentarius, *Miller Ill.* t. 28. A. B.—*Gmelin Syſt.* i. p. 251.
Grus capenſis cauda criſtata, *Pet. Gaz.* t. 12. f. 12 ?
Sagittarius, *Voſmaer Monog.* t. 8.—*Phil. Tranſ.* vol. lxi. p. 55. t. 2.
Slaangen-vraater, *Sparm. Voy.* i. p. 154.
Secretaire, *Son. Voy.* p. 87. t. 50.
Meſſager du Cap de Bonne Eſperance, *Pl. Enl.* 721.
Secretary Vulture, *Lath. Syn.* i. p. 20. t. 2.—*Id. Sup.* p. 4.

HABITAT

Habitat in *Africa* interiore, *Asia*; gliribus et amphibiis victitans; facile cicurandus; altitudo tripedalis. *Cera* alba: area *oculorum* nuda, aurantia: *irides* cinerascentes: *cauda* rotundata, rectricibus 2 intermediis valde elongatis: *femora* longissima: *rostrum Falconis*; *caput* denudatum *vulturinum*; *pedes*, ut in *Grallis*, longissimi.

Genus II. FALCO.

Rostrum aduncum, basi *cera* instructum.
Caput pennis arcte tectum.
Lingua bifida.

1.
Harpyia. F. capite pennis elongatis cristato, corpore vario subtus albo.
Vultur Harpyia, *Lin. Syst.* i. p. 121. 2.
Falco Harpyia, *Gmel. Syst.* i. p. 251.
Aquila Brasiliensis cristata, *Bris. Orn.* i. p. 446. 13.—*Id.* 8vo. p. 128. —*Raii Syn.* p. 7. 8.—*Klein. Av.* p. 42. 8. —*Will.* p. 32. t. 4.— *Id. (Angl.)* p. 63.
Yzquauhtli, *Raii Syn.* p. 161.—*Will. Orn.* p. 299.—*Id. (Angl.)* p. 388.
Oronooko Eagle, *Brown Jam.* p. 471.
Crested Vulture, *Lath. Syn.* i. p. 6.

Habitat in *America* calidiore. Fertur unico ictu cranium hominis findere. Pennas occipitis sæpius erigit in formam bifidæ coronæ: erectus considet: magnitudo *Arietis*.

Caput pennis tectum leucophæo-cæruleum: *capitis* pennæ pedem ½ longæ: *corpus* dorso, alis, maximaque colli parte nigrum, subtus niveum: *cauda* fusco nigroque fasciatum: *rostrum* nigrum: *digiti pedesque* nudi, flavi.

β. F. cristatus niger, ventre albo, femoribus albo maculatis, cauda elongata albo nigroque varia.
Vultur coronatus, *Jacq. Voy.* p. 15. 11.
Falco Jacquini, *Gmel. Syst.* i. p. 251.
Crowned Vulture, *Lath. Syn. Sup.* p. 5.

Habitat in montibus *Novæ Grenadæ*. Junior cicurandus.

2.
Albicilla. F. cera pedibusque flavis, rectricibus albis, intermediis apice nigris.
Vultur Albicilla, *Lin. Syst.* i. p. 123. 8.

Falco Albicilla, *Gmelin Syst.* i. p. 253.—*Faun. Suec.* N° 55.—*Brun. Orn.* N° 12.—*Muller*, N° 58.—*Faun. Groenl.* p. 53.—*Kram. el.* p. 326. N° 13.—*Scop. Ann.* i. N° 2.
Aquila Albicilla, seu Pygargus, *Bris. Orn.* i. p. 427. 5.—*Id.* 8vo. i. p. 123.—*Klein. Av.* p. 40. 2.—*Will. Orn.* p. 31.—*Raii Syn.* p. 7. 5.
Le grand Pygargue, *Buf. Ois.* i. p. 99.
White-tailed Eagle, *Will. Orn. (Angl.)* p. 61.
Cinereous Eagle, *Br. Zool.* i. N° 45. t. 18.—*Arct. Zool.* ii. p. 214. B. —*Lewin. Br. Birds*, i. t. 4.—*Lath. Syn.* I. p. 33. N° 8.—*Id. Sup.* p. 11.

Habitat in *Europa, Scotia*, et insulis adjacentibus. Ferit pisces maximos, iisque victitat auceps.

Magnitudo *Gallopavonis*. Long. 2 ped. 9 poll.

Caput et *collum* cinerascens : *corpus* et *alæ* cinereæ, fusco intermisto : *cauda* alba : *frons* inter oculos et *nares* nudiuscula, tantum setulis adspersa : *rostrum* basi elongatum.

3. Melanæetus. F. cera lutea, pedibus semilanatis, corpore ferrugineo-nigricante, striis flavis.

Falco Melanæetus, *Lin. Syst.* I. p. 124. 2.—*Gmel. Syst.* I. p. 254. —*Raii Syn.* p. 7. 4.—*Will.* p. 30. t. 2.—*Klein. Av.* p. 41. 4.—*Id. Ov.* p. 18. t. 5. f. 1.—*Bris.* i. p. 434. 8.—*Id.* 8vo. p. 125.—*Phil. Trans.* lvii. p. 346.—*Ger. Orn.* i. p. 37. t. 3.—*Borowsk. Nat.* ii. p. 68. 3.
L'Aigle noir, *Buf. Ois.* i. p. 86.
Schwartz-braune Adler, *Frisch.* t. 69.
Black Eagle, *Will. (Angl.)* p. 61. t. 2.—*Albin.* ii. t. 2.—*Arct. Zool.* ii. N° 87.—*Lath. Syn.* i. p. 28.—*Id. Sup.* p. 8.

Habitat in *Europa, America*. Long. ped. 2. poll. 10.

Rectrices prima medietate albæ nigricante maculatæ, altera medietate nigricantes. Ovum sordide album, maculis velut nubibus rubiginosis et confluentibus marmoratum. *Klein.*

4. fulvus. F. cera flava, pedibus lanatis fusco-ferrugineis, dorso fusco, cauda fascia alba.

Falco fulvus, *Lin. Syst.* i. p. 125. 6.—*Gmel. Syst.* i. p. 256.—*Georgi reise*, p. 164.—*Decouv. Russ.* i. p. 89.—*Id.* ii. p. 142.
Aquila, *Bris.* i. p. 419. 1.—*Id.* 8vo. 121.—*Klein. Av.* p. 41. 3.

Chryſaëtos, caudâ annulo albo cincta, *Will.* p. 28.—*Raii. Syn.* p. 6. 2. —*Ger. Orn.* i. p. 35. t. 1?
L'Aigle commun, *Buf.* i. p. 86.—*Pl. Enl.* 409.—*Voy. en Barbarie*, i. p. 264.
Black Eagle, *Br. Zool.* ii. N° 87.—*Arct. Zool.* ii. N° 87.
Ring-tail Eagle, *Will. (Angl.)* p. 59.—*Br. Zool.* folio. p. 62.—*Lewin's Brit. Birds.* i. t. 3.—*Id.* t. i. f. 1. (*ovum.*)—*Lath. Syn.* i. p. 32.—*Id. Sup.* p. 10.

HABITAT in *America, Europa. Ovum* intenſe ferrugineum lituris ſaturatioribus.

β. F. cera flava pedibuſque lanatis, corpore fuſco, cauda alba apice fuſco.
Falco Canadenſis, *Lin. Syſt. ed.* 10. p. 88.—*Gmel. Syſt.* i. p. 256. β.
—— fulvus, *Lin. Syſt. ed.* 12. p. 125. 6. β.
Aquila cauda alba Americana, *Ger. Orn.* i. p. 40. t. 7.
White-tailed Eagle, *Edw.* t. 1.—*Lath. Syn.* i. p. 32. 6. A.

HABITAT in *Europa, America,* et *Aſia ſeptentrionali,* in rupibus altiſſimis nidificans. *Frons* inter oculos et *nares* nuda: *pectus* punctis trigonis adſperſum. *Melanæeto* nimis affinis, an ſexus altera?

5. leucocephalus. F. cera lutea pedibuſque ſemilanatis, corpore fuſco, capite caudaque albis.
Falco Leucocephalus, *Lin. Syſt.* i. p. 124. 3.—*Gmel. Syſt.* i. p. 255. —*Briſ.* i. p. 422. 2.—*Id.* 8vo. p. 122.—*Ger. Orn.* i. p. 40. t. viii.
Le Pygargue, *Buf.* i. p. 99.
L'Aigle à tête blanche, *Pl. Enl.* 411.
White-headed Eagle, *Arct. Zool.* ii. N° 89.
Bald Eagle, *Cateſ. Car.* i. *t.* 1.—*Lath. Syn.* i. p. 29.—*Id. Sup.* p. 9.

HABITAT in *Europæ* et *Americæ* ſylvis aceroſis, piſcibus victitans, quos poſteriores ab *Haliæeto* captos huic aufert. Magnitudo præcedentis. Long. ped. 3. poll. 3. Pond. lib. 9.
*Roſtrum pedeſ*que lutei: *caput, collum, irides, caudaque* candent.

6. coronatus F. cera ferruginea, pedibus lanatis albis nigro punctatis, pectore ruſo, lateribus nigro faſciatis.
Falco coronatus, *Lin.* i. p. 124. 1.—*Gmelin. Syſt.* i. p. 253.

Aquila Africana criſtata, *Briſ. Orn.* i. p. 448. 14.—*Id.* 8vo. p. 128.
Crowned Eagle, *Edw.* t. 224.—*Lath. Syn.* i. p. 27.

HABITAT in oris *Africæ* maritimis.

Criſtæ inſtar interdum pennas erigit. Color fuſcus: *area oculorum* cum fronte albida: *cauda* nigro faſciata.

7.
Oſſifragus. F. cera lutea pedibuſque ſemilanatis, corpore ferrugineo, rectricibus latere interiore albis.

Falco oſſifragus, *Lin. Syſt.* i. p. 124. 3.—*Gmel. Syſt.* i. p. 255.—*Brun.* N° 13.—*Muller*, N° 60.—*Raii Syn.* p. 7. 3.—*Will.* p. 29. t. 1.—*It. Poſegan.* p. 27.—*Voy. en Barbar.* i. p. 263. 1.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 69. 4.
Aquila oſſifraga, *Briſ.* i. p. 437. 9.—*Id.* 8vo. p. 125.—*Klein. Av.* p. 41. 5.
Le grand Aigle de Mer, *Pl. Enl.* 112. (Mas.) *Kolb. Cap.* ii. p. 137.—*Voy. en Barbarie*, i. p. 265. 5.
L'Orfraie, *Buf.* i. p. 112. t. 3.—*Pl. Enl.* 415. (Femina.)
L'Aquila marina, *Cet. uc. Sard.* p. 28.
Sea Eagle, or Oſprey, *Will. (Angl.)* p. 59. t. 1.—*Br. Zool.* i. N° 44. t. 17.—*Id.* fol. p. 63.—*Arct. Zool.* ii. N° 86. A.—*Lewin. Br. Birds*, i. t. 1.—*Lath. Syn.* i. p. 30.—*Id. Sup.* p. 9.

HABITAT in *Europæ*, *Aſiæ*, *Americæ* maritimis; piſcibus victitans, quos ipſe capit.

Magnitudo *Gallopavonis*. Long. ped. 3. poll. 4.

Roſtrum cærulescens: *pedes* lutei: pennæ baſi albæ, medio ferrugineæ, apice nigræ: tectrices caudæ fere albæ.

Femina ferruginea.

8.
Chryſaë-tos. F. cera lutea pedibuſque lanatis luteo-ferrugineis, corpore fuſco ferrugineo vario, cauda nigra baſi cinereo-undulata.

Falco chryſaëtos, *Linn. Syſt.* i. p. 125. 5.—*Faun. Suec.* p. 54.—*Gmel. Syſt.* i. p. 256.—*Briſ.* i. p. 431. 7.—*Id.* 8vo. p. 124.—*Klein. Av.* p. 40. 1.—*Raii Syn.* p. 6. 1.—*Will.* p. 27. t. 1.—*Scop. Ann.* i. N° 1.—*Muller*, N° 59.—*Kram. El.* p. 325.—*Faun. Arag.* p. 67.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 66. t. 2.—*Gerin. Orn.* i. p. 36. t. 2.
Le grand Aigle, *Buf.* i. p. 76.—*Pl. Enl.* 410.
Gold Adler, *Wirſing. Voy.* t. 45.
Golden Eagle, *Br. Zool.* i. N° 42. t. 16.—*Id.* fol. p. 61. t. A.—*Pitſ. Mem.* t. p. 182.—*Arct. Zool.* 2. p. 214. A.—*Alb.* ii. t. 1.—*Cheſeld. Anat. cap.* 3. *ad finem.* (Scelet.)—*Lewin. Br. Birds*, i. t. 2.—*Lath. Syn.* i. p. 31.—*Id. Sup.* p. 10.

HABITAT

Habitat in *Europa, Sibiria,* inter congeneres maximus. Variat ſtatura minore, cauda ſubtus alba et apice nigro. Ponder. lib. 12. Long. ped. 3. Lat. ped. 7. poll. 4.

9. leucogaſter. F. albus, dorſo alis caudaque obſcure fuſcis, caudæ apice albo, roſtro pedibuſque flavis.
Falco leucogaſter, *Gmel. Syſt.* i. p. 257.
White-bellied Eagle, *Lath. Syn.* i. p. 33*.

Habitat in *America ſeptentrionali?* Long. ped. 2. poll. 9.

10. japonicus. F. cera obſcura, corpore fuſco ferrugineo vario, remigibus caudaque obſcuris ferrugineo maculatis.
Falco japonicus, *Gmel. Syſt.* i. p. 257.
Japoneſe Hawk, *Lath. Syn.* p. 33*.

Habitat in *Japonia.*—Long. ped. 1. poll. 11.
Roſtrum cæruleum, ſubtus flaveſcens: *gula* alba nigro ſtriata, lunula nigra cincta.

11. ferox. F. cera viridi, corpore ſupra fuſco, dorſo abdomine et uropygio niveo maculis caſtaneis vario, rectricibus æqualibus fuſcis faſciis 4 obſoletis.
Accipiter ferox, *N. C. Petr.* xv. p. 442. t. 10. (S. G. Gmelin).
Falco ferox, *Gmel. Syſt.* i. p. 260.
Fierce Eagle, *Lath. Syn.* 1. p. 33.

Habitat *Aſtracaniæ*, rapaciſſimus, nec ipſa cadavera reſpuens. Long. ped. 2. poll. 1.
Roſtrum plumbeo-nigrum: *palpebræ* cæruleæ: *irides* flavæ: *caput* et *collum* ferruginea, admiſto albido.

12. americanus. F. cera pedibuſque lanatis luteis, corpore nigro, capite collo pectoreque cinereis, faſcia genarum tranſverſa nigra.
Falco americanus, *Gmel. Syſt.* i. p. 257.
Black-cheeked Eagle, *Arct. Zool.* ii. N° 88.—*Lath. Syn.* ii p. 35. 10. *Robert. Ic.*

Habitat in *America* ſeptentrionali. *F. fulvum* magnitudine æquans.
Roſtrum cæruleo-nigricans: *abdomen* medio nigricans.

13. ſinenſis. F. cera pedibuſque luteis, corpore ſupra rubro-fuſco ſubtus flaveſcente, tectricibus alarum rectricibuſque faſcia obſcura.

Falco

Falco finenfis, *Gmel. Syft.* i. p. 264.
Chinefe Eagle, *Lath. Syn.* i. p. 35. 11. t. 3.

HABITAT in *Afia*, inter majores numerandus.
Vertex obfcurus : *alarum* et *caudæ* fafcia unica, vel altera lata obfcura.

14.
Cheela. F. fubcriftatus fufcus, capiftro albo, tectricibus alarum albo maculatis, cauda fafcia lata alba.
Cheela Falcon, *Lath. Syn. Sup.* p. 33.

HABITAT in *India*. Magnitudo *Aquilæ :* corpus robuftum : *roftrum* cæruleum : *irides pedefque* flavi.

15.
afiaticus. F. pedibus femilanatis flavis, corpore fufco fubtus albo, pectore ftriato, rectricibus grifeo-argenteis exteriore fafciis quinque obfoletis.
Afiatic Falcon, *Lath. Syn. Sup.* p. 31.

HABITAT in *China*. Habitus F. *Buteonis*, at minor. 21 poll. longus. *Roftrum* nigrum : *remiges* grifeæ nigro fafciatæ : *tectrices caudæ* fuperiores albæ : *pedes* antice lanati.

16.
cygneus. F. totus albus.
Falco albus, *Gmel. Syft.* i. p. 257.
Aquila alba, *Brif.* i. p. 424. 3.—*Id.* 8vo. p. 122.—*Klein. Av.* p. 42. 7.
White Eagle, *Lath. Syn.* i. p. 36.

HABITAT in *Alpibus* et *Rheni* ripis ; *Chryaëti* magnitudine.

17.
candidus. F. albus, remigibus apice nigris.
Falco candidus, *Gmel. Syft.* i. p. 258.
White Eagle, *Arct. Zool.* ii. N° 90.—*Du Pratz. Louif.* ii. p. 75.
Louifiane white Eagle, *Lath. Syn.* i. p. 36.

HABITAT in *Louifiana*, rarius. Præcedente paulo minor.

18.
nævius. F. cera iridibus pedibufque lanatis luteis, corpore ferrugineo, rectricibus bafi apiceque albis.
Falco nævius, *Gmel. Syft.* i. p. 258.—*Brif.* i. p. 425. 4.—*Id.* 8vo. p. 122.—*Frifch.* t. 71. (Buteo.)
Le petit Aigle, *Buf.* i. p. 91.
Rough-footed Eagle, *Charl. Onom.* p. 63. 6.—*Lath. Syn.* i. p. 37.

HABITAT in *Europa* ; gliribus præfertim victitans.

Magnitudo

Magnitudo *Galli* majoris. Ped. 2. poll. 7½ longus.
Tectrices caudæ fecundariæ albæ: *alæ* fubtus albo maculatæ.

19.
maculatus. F. cera pedibufque lanatis luteis, corpore ferrugineo fubtus fufco, pennis axillaribus tectricibufque alarum apice macula ovata albida.
Falco maculatus, *Gmel. Syft.* i. p. 258.
Morphno congener, *Raii Syn.* p. 7. N° 7.—*Will.* p. 32.—*Id. (Angl.)* p. 63.—*Ger. Orn.* i. p. 39. t. iv.
ab angulo roftri pone oculos ducta, fupra hanc alba genas cingens et ad cervicem pergens: *caput collum* et *pectoris* fuperior pars nigro et ferrugineo varia: *pedes* craffi, breves, robufti.

96. calidus. F. pedibus flavis, corpore fufco-nigro fubtus albo lunulis nigris, rectricibus fafciis obfoletis.

Behree Falcon, *Lath. Syn. Sup.* p. 35.

HABITAT in *India.*—Long. poll. 19.

Roftrum cæruleum: *pectus, abdomen, femora* maculis lunulato-cordatis. In juniore ave *corpus* fufcum: *jugulum* fufco alboque variegatum: *abdomen* album: fafciæ rectricum albæ.

97. nitidus. F. plumbeus, fubtus albus fafciis cinereis, rectricibus nigricantibus, lineis duabus tranfverfis albis.

Plumbeous Falcon, *Lath. Syn. Sup.* p. 37.

HABITAT in *Cayana.*—Long. poll. 13½.

Rectrices laterales extus abfque lineis. *Pedes* flavi.

98. Tinnunculus. F. cera pedibufque flavis, dorfo rufo punctis nigris, pectore ftriis fufcis, cauda rotundata.

Falco Tinnunculus, *Lin. Syft.* i. p. 127. 16.—*Faun. Suec.* N° 61.—*Raii Syn.* p. 16. 16.—*Id.* p. 180. 2.—*Will.* p. 50. t. 5.—*Scop. Ann.* i. N° 5.—*Frifch.* t. 84. 85.—*Brun.* N° 4. 5.—*Muller*, N° 65.—*Faun. Arag.* p. 68. 4.—*Kram. El.* p. 331. 15.—*Gmel. Syft.* i. p. 278.—*Ger. Orn.* i. p. 67. t. 49, 50, 51, 52. var.—*Borowfk. Nat.* ii. p. 74. 10.

Cenchris, *Klein. Av.* p. 49. 7.—*Id.* p. 53. 24.—*Id. Ov.* p. 19. t. 6. f. 4.

Falco aureus, *Klein. Av.* p. 52. 21?

Rothelgeyer, *Gunth. Neft. u. Eyer.* t. 48.

La Crefferelle, *Buf.* i. p. 280. t. 18.—*Pl. Enl.* 401. 471.

Il Gheppio, *Cet. uc. Sard.* p. 47.—*Zinnan. Uov.* p. 88. t. 15. f. 78.

Keftrel, Stannel, Windhover, *Will. (Angl.)* p. 84. t. 5.—*Br. Zool.* i. N° 60.—*Id.* fol. p. 68. t. A.—*Arct. Zool.* ii. p. 226. N.—*Sloan. Jam.* p. 294.—*Alb.* iii. t. 5 & 7.—*Hayes Br. Birds.* t. 4.—*Lewin. Br. Birds*, i. t. 19. (mas.) t. 19. F. (fem.)—*Id.* t. iii. f. i. (*ovum.*) *Lath. Syn.* i. p. 94. 79.—*Id. Sup.* p. 25.

HABITAT in *Europæ* turribus, etiam in *Jamaica*; aviculis muribufque infeftus.

Mas pollices 14 longus.—*Caput* cinereum: *cauda* cinerea fafcia lata nigra verfus apicem: *rectrices*, intermediis exceptis, apice albæ.

Femina major. *Caput* rufefcens, *vertice* nigro ftriato: *corpus* totum fupra et *cauda* ferruginea lineis tranfverfis nigris. *Ova* 4 vel 5 pallide-ferruginea ponit, maculis faturatioribus.

Junioris maris caudam uti *feminæ* lineis nigris fafciatam aliquando obfervavi. *Ovum* fundo miniaceo creberrimis maculis rubentibus varium. *Kl.*

β. Tinnunculus pennis grifeis, *S. G. Gmel. It.* i. p. 49. t. 10.
Grey Keftril, *Lath. Syn.* i. p. 95. 79. B.

γ. F. rufus fufco ftriatus, fubtus rufefcens maculis longitudinalibus fufcis, rectricibus grifeo-rufefcentibus fufco tranfverfim ftriatis, apice nigricantibus, albo terminatis.
Accipiter alaudarius, *Brif.* i. p. 379. 22.—*Id.* 8vo. p. 110.—*Gmel. Syft.* i. p. 279.
Falco rufus, *Frifch.* t. 88.
—— varius pictus alaudarum, *Klein. Av.* p. 49. 9.—*Id. Ov.* p. 19. t. 6. f. 6.
Lark Hawk, *Lath. Syn.* i. p. 95. 79. A.

99. fparverius. F. cera pedibufque luteis, capite fufco, vertice abdomineque rubro, alis cærulefcentibus. *(Mas.)*
Falco fparverius, *Linn. Syft.* i. p. 128. 20.—*Gmel. Syft.* i. p. 284.—*Faun. Amer. Sept.* t. tit. præf.
Æfalon carolinenfis, *Brif.* i. p. 386. t. 32. f. 1.—*Id.* 8vo. p. 112.
Falco vertice vel rubro vel luteo, *Klein. Av.* p. 51. 16.
—— minor rufefcens, *Brown Jam.* p. 471.
Efmerillon de Cayenne, *Buf.* i. p. 291.—*Pl. Enl.* 444.
Little Falcon, *Cat. Car.* i. t. 5.—*Arct. Zool.* ii. N° 110.—*Lath. Syn.* i. p. 110. 94.

F. cera pedibufque luteis, capite cinereo, corpore rufo-vinaceo nigro fafciato, fubtus albido maculis ferrugineis, rectricibus fafciis undecim nigris. *(Femina.)*
Falco dominicenfis, *Gmel. Syft.* i. p. 285.
Æfalon dominicenfis, *Brif.* i. p. 389. 26. t. 32. f. 2.
Emerillon de St. Domingue, *Pl. Enl.* 465.
New-York Merlin, *Lath. Syn.* i. p. 93. A.
St. Domingo Falcon, *Arct. Zool.* ii. p. 212. *(Fem.)* *Lath. Syn.* i. p. 111. 95.

Habitat in *Virginia, Carolina,* et *St. Domingo.*

Mas 11½ pollices longus, magnitudine circiter *Æſalonis. Roſtrum* et *irides* flaveſcentes: *vertex* et *corpus* ſupra aurantio-fuſca ſtriis tranſverſis nigris: *cauda* rubro-fuſca, ad apicem faſcia nigra, rectricibus 2 extimis albis ter quaterve nigro faſciatis.

Femina paulo major. *Caput* cineraſcens: *corpus* totum ſupra et *cauda* lineis tranſverſis nigris ut in *Tinnunculo femina,* cui valde ſimilis.

100.
bohemicus. F. pedibus flaveſcentibus, corpore ſupra cinereo, ſubtus candido, remigibus 5 exterioribus extus nigris, orbitis albis.

Falco bohemicus, *Gmel. Syſt.* i. p. 279.

Maeuſe-habicht, Miſſilauce, *Joſ. Mayer boehm. Abh.* 6. p. 313.

Habitat in *Bohemiæ* montoſis, muribus victitans; veſpere demum conſpicuus; vix ultra pedem longus.

Roſtrum verſus oris angulos flaveſcens: *irides* flavæ: *cauda* acuta, longa: *pedes* craſſiuſculi, infra genua plumoſi.

101.
Piſcator. F. ſubcriſtatus capite ferrugineo, corpore cinereo, pennis margine fuſcis, ſubtus luteſcente maculis longitudinalibus fuſcis.

Falco piſcator, *Gmel. Syſt.* i. p. 279.

Faucon pêcheur, *Damp. Voy.* iii. p. 318. *(Fr. Ed.) Buf.* i. p. 275.—*Pl. Enl.* 478.

Fiſhing Falcon, *Lath. Syn.* i. p. 95. 80.

Habitat in *Senegala,* piſcibus victitans.

Roſtrum et *irides* flavæ: *pedes* fuſci.

102.
badius. F. pedibus flavicantibus, corpore fuſco, ſubtus albo lunulis flavis: tectricibus alarum albo marginatis, rectricibus lineis 4 nigricantibus.

Falco badius, *Gmel. Syſt.* i. p. 280.

Brown Hawk, *Brown. Ill.* p. 6. t. 3.—*Lath. Syn.* i. p. 96. 81.

Habitat in *Zeylona;* 13 pollices longus.

Roſtrum cæruleum: *irides* flavæ.

103.
fuſcus. F. cera cinerea, pedibus flavis, corpore nigro ſtriato, ſupra cinereo-fuſco, ſubtus albicante, rectricibus faſciis 4 obſcurioribus.

Falco fuſcus, *Miller Ill.* t. 18.—*Gmel. Syſt.* i. p. 280.

American brown Hawk, *Lath. Syn.* i. p. 98. 84.

Habitat in *America*; *Nisi* magnitudine et facie.

Rostrum dilute plumbeum: *vertex* et *latera* capitis striis longitudinalibus albis.

104. dubius. F. cera iridibus pedibusque flavis, corpore fusco, subtus albo striis fuscis, rectricibus cinereis fasciis 4 nigris.

Falco dubius, *Gmel. Syst.* i. p. 281.

Dubious Falcon, *Arct. Zool.* ii. N° 112.—*Lath. Syn. Sup.* p. 37.

Habitat in *Carolina*, 10 pollices longus.

Hæc avis colore caudæ *Niso*, abdominis *Æsaloni* accedit.

105. obscurus. F. cera pedibusque flavis, corpore fusco, subtus striis albis, cervice albo maculato, rectricibus fusco alboque fasciatis.

Falco obscurus, *Gmel. Syst.* i. p. 281.

Dusky Falcon, *Arct. Zool.* ii. N° 113.—*Lath. Syn. Sup.* p. 38.

Habitat in *America septentrionali*, præcedente minor.

Rostrum cærulescens: *caput* obscure fuscum: *cauda* brevis fasciis fuscis latioribus, apice albo.

106. columbarius. F. cera iridibus pedibusque luteis, corpore fusco, subtus albido striis fuscis, cauda fasciis linearibus 4 nigris.

Falco columbarius, *Lin. Syst.* i. p. 128.—*Phil. Trans.* lxii. p. 382.—*Faun. Amer.* p. 9.—*Gmel. Syst.* i. p. 281.—*Klein. Av.* p. 51. 17.

Accipiter carolinensis, *Bris.* i. p. 378. 21.—*Id.* 8vo. p. 110.

Epervier des pigeons, *Buf.* i. p. 238.

Pigeon Hawk, *Cat. Car.* i. t. 3.—*Arct. Zool.* ii. N° 111.—*Lath. Syn.* i. p. 101. 86.—*Id. Sup.* p. 27.

Habitat in *America septentrionali*, migratorius; ad *sinum Hudsonis* æstate frequens; aviculis victitans.—Long. poll. 10½. Lat. poll. 22½. Pond. unc. 6½.

Rostrum albidum.

107. Nisus. F. cera viridi, pedibus flavis, abdomine griseo undulato, cauda fasciis nigricantibus.

Falco Nisus, *Lin. Syst.* i. p. 130. 31.—*Faun. Suec.* N° 69.—*Scop. Ann.* i. N° 6.—*Gmel. Syst.* i. p. 280.—*Brun.* p. 5.—*Muller*, N° 71.—*Faun. Arag.* p. 69. 7.—*Kram. El.* p. 332. 16.—*It. Poseg.* p. 28.—*Borowsk. Nat.* ii. p. 75. 11.

Accipiter,

Accipiter, *Brif.* i. p. 310. 1.—*Id.* 8vo. p. 89.
———— fringillarius, *Raii Syn.* p. 18. A. 2.—*Will.* p. 51. t. 5.—*Klein. Av.* p. 53. 23.—*Ger. Orn.* i. p. 49. t. 16, 17.
Nifus ftriatus, fagittatus, *Frifch.* t. 90, 91, 92.
Epervier, *Buf.* i. p. 225. t. 11.—*Pl. Enl.* 412. 467.—*Voy. en Barbar.* i. p. 266.
Lo Sparviere, *Cett. uc. Sard.* p. 51.
Sperber, *Gunth. Neft. u. Eyer.* t. 6.
Sparrow-Hawk, *Br. Zool.* i. N° 62.—*Id.* fol. t. A. 10. A. 11.—*Arct. Zool.* ii. p. 226. N.—*Hayes Br. Birds,* t. 3.—*Alb.* i. t. 5.—*Id.* iii. t. 4.—*Will. (Angl.)* p. 86.—*Lewin. Br. Birds,* i. t. 20.—*Id.* t. iii. f. 2. *(Ovum.)*—*Lath. Syn.* i. p. 99. 85.—*Id. Sup.* p. 26.

Habitat in *Europa, Africa, Afia*; columbis pafferibufque maxime infeftus; venatur egregie alaudas, eoque utimur in aucupiis.

Mas 12, *femina* 15 pollices longa. *Remiges* fubtus variegatæ fafciis fufcis: *tectrices humerorum* fufcæ, fed parte occultata albæ fafcia fufca: *gula* fufco ftriata: *roftrum* cærulefcens. *Ovum* albidum, maculis anomalis ferrugineis.

β. Accipiter maculatus, *Brif.* i. p. 314. A.—*Id.* 8vo. p. 90.
Falco manibus aureis, roftro nigricante, *Klein. Av.* p. 53. 25.
Spotted Sparrow-Hawk, *Lath. Syn.* i. p. 100.

Dorfum in hac varietate terreum maculis albis raris: *corpus* inferum fimilibus coloribus denfe, ut in priore, fquamatum: *alæ* fubtus, *cauda*que infera zonis albis latis et terreis anguftis varia. *Kl.*

γ. Falco lacteus, *Gmel. Syft.* i. p. 281.
White Sparrow-Hawk, *Lath. Syn.* i. p. 100. 85. B.

In *Anglia* occifa eft hæc avis. Muf. *D. Davies.*

108.
fupercilio-fus. F. cera pedibus palpebrifque luteis, corpore fufco-albido undulato, remigibus ferrugineis nigro fafciatis.
Falco fuperciliofus, *Lin. Syft.* i. p. 128.—*Gmel. Syft.* i. p. 282.
Guiana Falcon, *Lath. Syn.* i. p. 102. 87.

Habitat in *Surinamo, Guiana.* Magnitudo *Picæ.*

Corpus fupra fufcum, fubtus totum etiam femoribus confertim nigro undulatum: *remiges* ferrugineæ fafciis nigris pluribus, fed fecundariæ margine pofteriore albido: *cauda* nigra fafciis 2 latis et apice cinereis:

criffum

criſſum album ſtrigis aliquot nigris: *uropygium* albo nigroque varium: *ſupercilia* ſubtus nuda prominula: *lora* ſetis nigris patentibus: *tectrices alarum* inferiores lineolis tenuiſſimis nigris.

109. vesperti-nus. F. cera pedibus palpebriſque luteis, criſſo femoribuſque ferrugineis.

Falco veſpertinus, *Lin. Syſt.* i. p. 129.—*Gmel. Syſt.* i. p. 282.—*S. G. Gmel. It.* i. p. 67. 13.—*Id.* ii. p. 163.—*Lepechin It.* i. p. 230.—*Georgi reiſe*, p. 164.

Kober, *Decouv. Ruſſ.* ii. p. 142.

Ingrian Falcon, *Lath. Syn.* i. p. 102. 88.—*Id. Sup.* p. 27.

Habitat in *Ingria* et omni *Ruſſia*, etiam *Sibiria*. *Kober* et *Derbnitſchock* dictus; veſpere et noctu volitans; in cacuminibus arborum nidificans, aut Picam ex nido expellens; coturnices præſertim venans.

Magnitudo *columbæ*. *Corpus* ex fuſco cæruleſcens: *venter* albo-cæruleſcens: *caput* fuſcum: *roſtrum* flavum: *rectrices* ſupra et ſubtus fuſcæ: *remiges* albo-cæruleſcentes, primores 1-7 apice nigricantes: *pedes* nudi.

110. veſperti-noides. F. cera pedibus palpebriſque luteis, femoribus nigris, collo pectore et ventre fuſceſcentibus albo maculatis.

Falco veſpertinoides, *Gmel. Syſt.* i p. 282.—*Falck. It.* iii. p. 329.

Habitat in *Permia*, *Sibiriæ* provincia *Iſettenſi*, et *Baſchkiria*; *veſpertino* dimidio minor, ut vix drachma pondus duarum unciarum ſuperet.

111. magniro-ſtris. F. cera pedibuſque flavis, corpore fuſco, abdomine albo ſtriis ferrugineis, rectricibus albo nigroque faſciatis.

Falco magniroſtris, *Gmel. Syſt.* i. p. 282.

Epervier à gros bec de Cayenne, *Buf.* i. p. 237.—*Pl. Enl.* 464.

Great billed Falcon, *Lath. Syn.* i. p. 103. 89.—*Id. Sup.* p. 27.

Habitat in *Cayana*. *Niſo* major, *pedibus* tamen brevioribus, *roſtro* longiore et craſſiore. *Irides* aurantiæ.

112. vociferus. F. pedibus flavis, corpore cinereo-griſeo ſubtus albo, tectricibus alarum minoribus majoribuſque nigris.

Petite Buſe criarde, *Son. Voy Ind.* ii. p. 184.

Criard Falcon, *Lath. Syn. Sup.* p. 38.

Habitat in *India* inter Oryzam; victitans ranis.

Hominem

Hominem obſervans valde clamoſus. Magnitudo *Columbæ*. *Roſtrum* breve: *irides* flavæ: *orbitæ* nudæ rubræ: *palpebræ* ciliis veris inſtructæ.

113. johannenſis. F. pedibus luteis, corpore ferrugineo punctis linearibus nigris, gula luteſcente, remigibus fuſco nigricantibus, cauda cuneiformi tectricibus albis.

Johanna Falcon, *Lath. Syn. Sup.* p. 32.

Habitat in *inſula Johanna*. *Roſtrum* nigrum, baſi mandibulæ inferioris lutea.

114. Subbuteo. F. cera pedibuſque flavis, dorſo fuſco, nucha alba, abdomine pallido maculis oblongis fuſcis, criſſo femoribuſque rufis.

Falco ſubbuteo, *Lin. Syſt.* i. p. 127.—*Faun. Suec.* N° 59.—*Gmel. Syſt.* i. p. 283.—*Raii Syn.* p. 15. A. 14.—*Will.* p. 49. t. 7.—*Brun.* N° 10, 11.—*Muller*, N° 63.—*It. Poſeg.* p. 29.

Falco Barletta, *Ger. Orn.* i. p. 66. t. 45, 46, 47, 48. var.

Dendrofalco, *Briſ.* i. p. 375. 20.—*Id.* 8vo. p. 109.—*Raii Syn.* p. 14. 8.—*Will.* p. 47.—*Friſch.* t. 87.

Hobreau, *Buf.* i. p. 277. t. 17.—*Pl. Enl.* 431. 432.

Baum-Falck, *Gunth. Neſt. u. Ey.* t. 73.

Hobby, *Br. Zool.* i. N° 61.—*Id.* fol. p. 69. t. A. 9.—*Arct. Zool.* ii. p. 227. C.—*Alb.* i. t. 6.—*Will. (Angl.)* p. 83.—*Lewin. Br. Birds*, i. t. 21.—*Id.* t. iii. f. 3. *(Ovum.)*—*Lath. Syn.* i. p. 103. 90.—*Id. Sup.* p. 28.

Habitat in *Europa*, *Sibiria*; in *Anglia* æſtate frequens; migrat Octobri; alaudis infeſtus.—Long. poll. 12. Lat. ped. 2. poll. 7.

Roſtrum cæruleum: *orbitæ* flavæ: *irides* caſtaneæ ſeu avellanæ: *genæ* lunula nigra notatæ: *rectrices* laterales faſciis nigricantibus: *femora* ferruginea, in quibuſdam albida ſtriis nigricantibus. *Ovum* albidum maculis ſeu punctulis fuſcis, et majoribus rarioribus nigris.

115. Lithofalco. F. cera lutea, corpore fuſco cinereo, ſubtus rufeſcente ſtriis fuſcis, rectricibus apice nigricantibus albo terminatis, lateralibus nigro faſciatis.

Falco Lithofalco, *Gmel. Syſt.* i. p. 278.—*Briſ.* i. p. 349. 8.—*Id.* 8vo. p. 101.—*Raii Syn.* p. 14. 8.—*Will.* p. 47.—*Friſch.* t. 86.

Le Rochier, *Buf.* i. p. 286.—*Pl. Enl.* 447.

Stone-Falcon, *Will. (Angl.)* p. 80.—*Lath. Syn.* i. p. 93. 77.

Habitat

HABITAT in *Europa*. Magnitudo *Tinnunculi*. Long. poll. 12¼. *Roſtrum* cærulefcens : *irides* luteæ.

116.

montanus. F. pedibus luteis, corpore fuſco-cinereo ſubtus albido, capite nigro, jugulo maculato, caudæ baſi cinerea, medio nigricante, apice albo.

Falco montanus, *Briſ.* i. p. 352. 9.—*Id.* 8vo. p. 101.—*Gmel. Syſt.* i. p. 278.—*Raii Syn.* p. 13. 4.—*Will.* p. 45.—*Klein. Av.* p. 52. 10.
Mountain Falcon, *Will. (Angl.)* p. 78.—*Lath. Syn.* i. p. 93. 78.

HABITAT in *Europa*. *Peregrino* minor.

β. F. pedibus luteis, corpore cinereo ſubtus niveo, rectricibus duabus utrinque lateralibus albis.
Falco montanus cinereus, *Briſ.* i. p. 355. 9. A.—*Id.* 8vo. p. 102.
Falco montanus ſecundus Aldrov. *Will.* t. 9.
Aſh-coloured mountain Falcon, *Lath. Syn.* i. p. 94.

117.

aurantius. F. roſtro pedibuſque plumbeis, corpore nigricante, dorſo baſique caudæ faſciis albicantibus interruptis, pectore fulvo, femoribus ferrugineis.

Falco aurantius, *Gmel. Syſt.* i. p. 283.
Orange-breaſted Hobby, *Lath. Syn.* i. p. 105. 91.

HABITAT in *Surinamo* ; magnitudine *Subbuteonis*.—Long. poll. 15.

Jugulum maculis rotundatis albidis : *abdomen* nigricans, faſciis interruptis pallidis : *cauda* a medio ad apicem immaculata : *pedes* graciles, longi.

β. Orange-breaſted Hobby, *Lath. Syn. Sup.* p. 28.

A præcedente differt corpore minore, 10 pollices longus : faſciæ corporis ſuperioris magis obſcuræ : *gula* alba : *jugulum* aurantium.

γ. F. pedibus fulvis, corpore ſupra nigro-cæruleſcente, faſciis cæruleſcentibus, ſubtus faſciolis albis, abdomine imo, femoribus criſſoque rufis, *Lath. Sup.* p. 29 deſcr. 2.

Hæc varietas magnitudine β. æquat. *Gula* et *jugulum* rufa, medio macula alba.

F. cera

118.
plumbeus. F. cera obſcura, pedibus flavis, capite dorſo infimo abdomineque cinereis, remigibus intus ferrugineis, rectricibus lateralibus intus maculis tribus albis.

Falco plumbeus, *Gmel. Syſt.* i. p. 283.
Spotted-tailed Hobby, *Lath. Syn.* i. p. 106. 92.

HABITAT in *Cayana*, *Niſi* magnitudine.
Roſtrum nigrum, *pedes* breves.

119.
Æſalon. F. cera pedibuſque flavis, capite ferrugineo, corpore ſupra cærulefcente-cinereo maculis ſtriiſque ferrugineis, ſubtus flavicante-albo maculis oblongis.

Falco Æſalon, *Briſ.* i. p. 382. 23.—*Id.* 8vo. p. 111.—*Gmel. Syſt.* i. p. 284.—*Raii Syn.* p. 15. 15.—*Will.* p. 50. t. 3.—*Klein. Av.* p. 50. 10.
Cenchris, *Friſch.* t. 89.
Accipiter Smerillus, *Ger. Orn.* i. p. 51. t. 18. 19.
Merlin, *Br. Zool.* i. N° 63.—*Id.* fol. t. A. 12.—*Will. (Angl.)* p. 85. —*Lewin. Br. Birds*, i. t. 22.—*Id.* t. iii. f. 4. *(Ovum.)*—*Lath. Syn.* i. p. 106. 93.—*Id. Sup.* p. 29.

HABITAT in *Europa*, *Anglia*; nidificans in boreali parte, appropinquante hyeme verſus meridiem tendit. Corpore vix *Merula* major. —Long. poll. 12½.

Roſtrum cæruleum: *irides* obſcuræ: *cauda* faſciis 13-15 alternatim obſcuris et rubentibus: *ovum* rotundatum, fuſco-rufum.

β. Accipiter ſupra rufus, maculis nigris varius, inferne albus maculis longitudinalibus nigris notatus.

Æſalon Antillarum, *Briſ.* i. p. 385. 24.—*Id.* 8vo. p. 111.—*Gmel. Syſt.* i. p. 284.
Eſmerillon Gry Gry, *Raii Syn.* p. 19. 3.—*Du Tertre Hiſt. des Antill.* ii. p. 253.
Caribbee Merlin, *Lath. Syn.* i. p. 108. 93. B.

γ. Æſalon habitu *Subbuteonis*, cætera *Lithofalconi* ſimilior, *Gmel. Syſt.* i. p. 284.

Eſmerillon des Fauconniers, *Buf.* i. p. 288. t. 19.—*Pl. Enl.* 468.
Falconer's Merlin, *Lath. Syn.* i. p. 109. 93. C.

120. cærulefcens. F. cera palpebris pedibus fubtufque luteus, dorfo nigro-cærulefcente, temporibus linea alba inclufis.
Falco cærulefcens, *Lin. Syft.* i. p. 125. 9.—*Gmel. Syft.* i. p. 285.
—— Bengalenfis, *Brif.* vi. *App.* p. 20.—*Id.* 8vo. i. p. 119. 38.
—— parvus indicus, *Ger. Orn.* i. p. 66. t. 44. f. 1.
Little black and orange Indian Hawk, *Edw.* t. 108.
Bengal Falcon, *Lath. Syn.* i. p. 112. 97.

Habitat in *Bengala*, minimus fui generis, nec ultra 6½ pollices longus.
Sinciput candidum: *genæ* albæ linea nigra: *cauda* nigra: *rectrices* 2 intermediæ unicolores, reliquæ intus ftriis tranfverfis albis.

121. minutus. F. cera fufca, pedibus luteis, corpore fubtus albo, rectricibus fufcis nigro fafciatis.
Falco minutus, *Lin. Syft.* i. p. 131. 32.—*Gmel. Syft.* i. p. 285.
Accipiter minor, *Brif.* i. p. 315. t. 30. f. 1.
Minute Falcon, *Lath. Syn.* i. p. 112. 96.

Habitat in *Melita infula*; magnitudine *Turdi*, 11¼ pollices longus.
Corpus fupra fufcum rufo variegatum, fubtus ftriis rufo-fufcis tranfverfis: *pectus* aliquando maculis lanceolatis notatum.

122. Regulus. F. cera virefcente, pedibus obfcure flavis, torque ferrugineo, corpore fupra plumbeo, fubtus albido maculis ferrugineo-fufcis.
Falco regulus, *Pall. It.* ii. p. 707. 13.—*Gmel. Syft.* i. p. 285.
Sibirian Falcon, *Lath. Syn.* i. p. 113.

Habitat in *Sibiria*; rarius occurrit in campeftribus; venatur alaudas; vix femilibram pondere æquat. Habitus *roftrum*que bidentatum *Tinnunculi*: *vertex* fufcus lineis nigricantibus: *dorfum* fcapis fufcis ftriatum: *corpus* fubtus guttis fufco-ferrugineis crebris adfperfum: *rectrices* verfus apicem plumbeæ, fafciis fubtus obfoletis, margine nigro, apice albo.

123. tinus. F. pedibus flavis, corpore cinereo-fufco, fubtus albido fafciis nigricantibus, vertice albido.
Tiny Falcon, *Lath. Syn. Sup.* p. 39.

Habitat in *Cayana*; inter minimos numerandus; ab apice roftri ad bafin caudæ uncias fex tantum implens.

Genus

GENUS III. STRIX.

Rostrum aduncum absque *cera*.
Lingua bifida.
Nares oblongæ pennis setaceis recumbentibus obtectæ.
Caput grande, auribus oculisque magnis.
Remiges exteriores margine extimo serratæ.
Digitus externus retro mobilis, *unguibus* aduncis.

* Auriculatæ, pennis auricularum instar extantium.

1. Bubo. Str. capite auriculato, corpore rufo.
Strix Bubo, *Lin. Syst.* i. p. 131.—*Faun. Suec.* N° 69.—*Gmel. Syst.* i. p. 286.—*Scop. Ann.* i. N° 7.—*Raii Syn.* p. 24. 1.—*Will.* p. 63. t. 12.—*Bris.* i. p. 477. 1.—*Id.* 8vo. p. 139.—*Muller*, p. 10.—*Kram. El.* p. 323. 1.—*Georgi*, p. 164.—*Faun. Arag.* p. 70.—*Borowsk. Nat.* ii. p. 76. t. 3.—*Decouv. Russ.* ii. p. 142.
Ulula, *Klein. Av.* p. 55. 1.—*Id. Ov.* p. 20. t. 7. f. 1.
Bubo maximus, *Ger. Orn.* i. p. 84. t. 81.—*Wirsing. Vog.* t. 50.
Le grand Duc, *Buf.* i. p. 332. t. 22.—*Pl. Enl.* 435.
Uhu, *Frisch.* t. 93.
Gufo, *Zinnan. Uov.* p. 96. t. 16. f. 85.
Great-eared Owl, *Br. Zool.* i. N° 64. t. 29.—*Id.* fol. p. 4. t. 6.—*Arct. Zool.* ii. N° 114.—*Alb.* iii. t. 6.—*Will. (Angl.)* p. 99. t. 12.—*Lewin. Br. Birds*, i. t. 23.—*Lath. Syn.* i. p. 116. 1.—*Id. Sup.* p. 40.

HABITAT in *Europa*; rarius in *Anglia*.

Magnitudo *Aquilæ*. *Irides* flavæ: *caput corpusque* lineis et maculis nigris, fuscis, cinereis, ferrugineis eleganter varium: *alæ* longæ: *cauda* brevis, lineis transversis obscuris: *pedes* testacei, ad digitos pennati: *ungues* magni, valde adunci, obscuri. *Ovum*, ut in omnibus fere hujus generis, album, rotundatum.

β. Bubo atheniensis, *Lin. Syst.* i. p. 131. 1. β.—*Gmel. Syst.* i. p. 286.
Bubo italicus, *Bris.* i. p. 482. A.—*Id.* 8vo. p. 140.—*Borowsk. Nat.* ii. p. 77.

Bubo fecundus, *Will.* p. 63.
—— minor, five vulgaris, *Ger. Orn.* i. p. 85. t. 82. 83?
Black-winged Horn-owl, *Alb.* iii. t. 6.
Athenian Horn-owl, *Edw.* t. 64.—*Lath.* i. p. 118.

A primo difcrepat colore faturatiore, et pedibus gracilioribus.

γ. Bubo pedibus nudis, *Brif.* i. p. 483. B.—*Id.* 8vo. p. 141.
Bubo tertius, *Will.* p. 64.— *Id. (Angl.)* p. 100. 3.
Smooth-legged Owl, *Lath. Syn.* i. p. 118.

Pedes nudos habet; aliter in omnibus primo convenit.

δ. Strix capite auriculato, corpore luteo-nigricante albo vario.
Jacurutu, *Marcg. Hift. Braf.* p. 199.—*Buf.* i. p. 338.
Hibou des terres magellaniques, *Pl. Enl.* 385.
Magellanic eared Owl, *Lath. Syn.* i. p. 118.

Habitat in *Americæ auftralis* montibus et rupibus. An diftincta fpecies?

2.
virginiana. Str. corpore fufco rufo cinereoque lineato, fubtus cinerafcente ftriis tranfverfis fufcis, remigibus rectricibufque fufco fafciatis.
Bubo virginianus, *Brif.* i. p. 484. 2.—*Id.* 8vo. p. 141.—*Gmel. Syft.* i. p. 287.—*Ger. Orn.* i. p. 86. t. 84.
Horned Owl, *Ellis Hudf. Bay*, p. 40. t. 2.
Eagle Owl, *Arct. Zool.* ii. p. 228.
Virginian eared Owl, *Edw.* t. 60.—*Lath. Syn.* i. p. 119. 2.

Habitat in *America* et *Afia boreali*. *Bubone* paulo minor, et fimiliter variegata; differt tamen pennis auriculariis magnis ad bafin roftri fuperioris fitis.

3.
ceylonenfis. Str. corpore rufo-fufco nigro ftriato, fubtus lutefcente, remigibus rectricibufque nigro albo rufefcenteque ftriatis.
Strix ceylonenfis, *Gmel. Syft.* i. p. 287.—*Marfd. Sumat.* p. 98?
Ceylonefe eared Owl, *Brown. Ill.* p. 8. t. 4.—*Lath. Syn.* i. p. 120. 4.—*Id. Sup.* p. 41.

Habitat in *Zeylona*, *Sumatra*; vix pedes duos longa.
Roftrum corneum: *irides* flavæ: *auriculæ* breves, acutæ: faciei *lacinia* nigro ftriata: *pedes* nudi.

§ Str. fronte

4.
sinensis. Str. fronte albo, corpore fusco-rufo lineis nigris undulatis, subtus rufo nigricante striato fasciis albis, remigibus secundariis fasciis 4 nigricantibus.
Chinese eared Owl, *Lath. Syn. Sup.* p. 44.

HABITAT in *China*; magnitudine *Str. Otus.*
*Rostrum pedes*que nigri.

5.
coromanda. Str. corpore rufo-griseo rufescente-albo maculato, subtus pallide rubro lunulis nigris, remigibus rectricibusque fasciis rufo-albis.
Hibou de Coromandel, *Son. Voy. Ind.* ii. p. 186.
Coromandel eared Owl, *Lath. Syn. Sup.* p. 44.

HABITAT in *Coromandela*; præcedente multo minor.
Rostrum nigrum: *irides* luteæ: *pedes* rufescentes: *genæ* albæ.

6.
scandiaca. Str. capite aurito, corpore toto albo nigris maculis adsperso.
Strix scandiaca, *Lin. Syst.* i. p. 132. 2.—*Faun. Suec.* N° 70.—*Gmel. Syst.* i. p. 287.—*Amœn. Ac.* vii. p. 479. §. 16. 2.
Bubo lapponicus, *Bris.* i. p. 486. 3.—*Id.* 8vo. p. 142.
Scandinavian eared Owl, *Arct. Zool.* ii. p. 237. A.—*Lath. Syn.* i. p. 120. 3.

HABITAT in *Lapponiæ* montibus; magnitudine *Gallopavonis*: similis *Strigi nycteæ*, ni supercilia aurita adessent in hoc Bubone.

7.
Otus. Str. capite aurito pennis senis.
Strix otus, *Lin. Syst.* i. p. 132. 4.—*Faun. Suec.* N° 71.—*Gmel. Syst.* i. p. 288.—*Scop. Ann.* i. N° 9.—*Raii Syn.* p. 25. A. 2.—*Will.* p. 64. t. 12.—*Brun.* N° 16.—*Muller*, p. 10.—*Kram. El.* p. 322. 2.—*Faun. Arag.* p. 71.—*Hasselq. Voy. (Ed. Angl.)* p. 196.—*Borowsk. Nat.* ii. p. 78. 2.—*Decouv. Russ.* ii. p. 142.
Asio, *Bris.* i. p. 486. 4.—*Id.* 8vo. p. 142.—*Klein. Av.* p. 55. 2.—*Ger. Orn.* i. p. 86. t. 85.—*Schæf. El. Orn.* t. 22.
Noctua minor aurita, Scops, *Frisch.* t. 99.
Horn-oder Ohreule, *Gunth. Nest. u. Ey.* t. 40.
Le Hibou, ou moyen Duc, *Buf.* i. p. 342. t. 22.—*Pl. Enl.* 29.
Horn Owl, *Alb.* ii. t. 10.—*Will. (Angl.)* p. 100.
Long-eared Owl, *Br. Zool.* i. N° 65. t. 30.—*Id.* fol. t. B. 4. f. 1.—*Arct. Zool.* ii. N° 115.—*Lewin. Br. Birds*, i. t. 24.—*Id.* t. iv. f. 1. *(Ovum.)*—*Lath. Syn.* i. p. 121.—*Id. Sup.* p. 42.

HABITAT

HABITAT in *Europa*, *Aſia*, *America*; in *Anglia* non raro invenitur. 14 pollices longa. Lat. 34 poll. Pond. 9 unc.

Pennæ auricularum longiſſimæ albidæ faſciis fuſcis: *irides* flavæ: *dorſum* tectriceſque alarum obſcure fuſca griſea et flavicante-ferruginea: *pectus* et *abdomen* pallide flavo ſtriata: *cauda* cinereo et obſcurius lineata.

β. Aſio italicus, *Briſ.* i. p. 491. A.—*Id.* 8vo. p. 143.
Aſio, ſive Otus, *Aldr. Av.* i. p. 519. t. in 523.
Italian eared Owl, *Lath. Syn.* i. p. 122.

Paulo major, coloribus ſaturatioribus.

8.
americana. Str. capite aurito, corpore cinereo ſubtus ferrugineo, uropygio criſſoque albis nigro maculatis, remigibus rectricibuſque ferrugineis cinereo griſeoque faſciatis.
Aſio americanus, *Briſ.* i. p. 498. 7.—*Id.* 8vo. p. 145.—*Gmel. Syſt.* i. p. 288.
Bubo ocro-cinereus pectore maculoſo, *Feuil. Journ. des Obſ.* p. 59.
American eared Owl, *Lath. Syn.* i. p. 122. 6.

HABITAT in *America auſtrali*; magnitudine præcedentis, cujus forte varietas.

Roſtrum luteum: *irides* aureæ: *orbitæ* cinereæ: *pedes* flavi.

9.
mexicana. Str. capite aurito, corpore nigro fuſcoque variegato.
Aſio mexicanus, *Briſ.* i. p. 499. N° 9.—*Id.* 8vo. p. 146.—*Gmel. Syſt.* i. p. 288.
Tecolotl, *Raii Syn.* p. 160.
Mexican eared Owl, *Lath. Syn.* i. p. 123. 7.

HABITAT in *Mexico*. *Irides* aureæ.

10.
Aſio. Str. capite aurito, corpore ſupra ferrugineo ſubtus cinereo, alis punctis quinque albidis.
Strix Aſio, *Lin. Syſt.* i. p. 132. 3.—*Gmel. Syſt.* i. p. 287.—*Faun. Groenl.* N° 37.
Scops caroliniensis, *Briſ.* i. p. 497. 6.—*Id.* 8vo. p. 144.
Little Owl, *Cat. Car.* i. t. 7.
Red eared Owl, *Arct. Zool.* ii. N° 117. t. 11.—*Lath. Syn.* p. 123. 8.

HABITAT

Habitat in *Noveboraco* ad *Carolinam* usque, et in *Groenlandiæ* locis australioribus; 10½ pollices longa.

Corpus supra striis subtus maculis nigris oblongis: *remiges* primariæ lineis nigris, rufis, et albis: *cauda* rufa obscure lineata: *pedes* ad ungues usque pennati. *Femina* fusca.

11.
brachyotos. Str. capite aurito penna solitaria, corpore fusco subtus flavescente longitudinaliter striato, rectricibus fuscis, intermediis 4 macula lutea pupilla fusca.

Strix brachyotos, *Phil. Transf.* lxii. p. 384. 2.—*Faun. Amer. sept.* p. 9.—*Faun. Arag.* p. 71. 3.—*Gmel. Syst.* i. p. 289.

Short-eared Owl, *Br. Zool.* i. N° 66. t. 31.—*Id.* fol. p. 71. t. B. 3. & B. 4. f. 2.—*Arct. Zool.* ii. N° 116.—*Lewin. Br. Birds,* i. t. 25.—*Lath. Syn.* 1. p. 124. 9.—*Id. Sup.* p. 43.

Habitat in *Europa, America*; etiam in insulis *Sanduicensibus* maris pacifici; in *Anglia* migratoria, *Octobri* veniens, et cum *Rusticola* vere discedens. Audax, victitans muribus. 14 pollices longa. Lat. ped. 3. In ave mortua auriculæ vix conspicuæ.

12.
brasiliana. Str. capite aurito, corpore ferrugineo-fusco albo maculato, subtus albido maculis ferrugineo-fuscis, rectricibus albo fasciatis.

Asio brasiliensis, *Bris.* i. p. 499. 8.—*Id.* 8vo. p. 145.

Noctua brasiliensis, Cabure, *Raii Syn.* p. 26. 7.—*Will.* p. 69.—*Id. (Angl.)* 107.

Ulula brasiliensis, *Klein. Av.* p. 57. 8.

Strix brasiliensis, *Gmel. Syst.* i. p. 289.

Cabure, *Buf.* i. p. 383.

Brasilian eared Owl, *Lath. Syn.* i. p. 125. 10.

Habitat in *Brasilia*; magnitudine *Turdi.*

13.
nævia. Str. capite aurito, corpore griseo ferrugineoque vario, regione periophthalmica pectorisque pennis apice nigris.

Strix nævia, *Gmel. Syst.* i. p. 289.

Mottled Owl, *Arct. Zool.* ii. N° 118. t. 11.—*Faun. Amer. sept.* p. 9.—*Lath. Syn.* i. p. 126.

Habitat in *Noveboraco.* Long. poll. 11.

Facies alba fusco maculata: *humeri tectricesque alarum* maculis magnis albis.

14.
Bakkamuna. Str. capite aurito, dorso fusco, pectore luteo maculis sagittatis nigris, remigibus nigro alboque fasciatis.
Strix Bakkamuna, *Zool. Ind.* p. 13. t. 3.
—— indica, *Gmel. Syst.* i. p. 289.
Little Hawk Owl of Ceylon, *Ind. Zool.* t. 3.
Indian eared Owl, *Lath. Syn.* i. p. 127. 12.

HABITAT in *Zeylona* rarius. Long. poll. 7.
Irides coccineæ: *caput* intense cinereum, *auriculæ* a basi rostri ortæ ad capitis latera divergunt: regio periophthalmica pallide cinerea, exterior circulus luteo-fuscus: *pedes* semilanati.

15.
Zorca. Str. auricularum pennis 8-9, *Cet. uc. di Sardegn.* p. 60.—*Gmel. Syst.* i. p. 289.

HABITAT in *Italia, Sardinia*; solitaria, non migrans: 7 pollices longa; ululans.
Rostrum ex virescente-flavum: *digiti* nudi.

16.
Giu. Str. capite aurito, corpore cinereo-albicante, maculis striisque transversis nigricantibus variegato.
Strix Giu, *Scop. Ann.* i. N° 9.—*Kram. El.* p. 323. 3.
—— carniolica, *Gmel. Syst.* i. p. 290.
Carniolic eared Owl, *Lath. Syn.* i. p. 127. 13.

HABITAT in sylvis *Carnioliæ* frigidioris. Nidificat in fissuris rupium et cavis arboribus.
Statura fere *Str. passerinæ*: *irides* flavæ: *remiges* 6 primæ uno latere albido maculatæ: *cauda* fuscescens maculata: *aures* in cadavere collapsæ.

17.
deminuta. Str. capite aurito, corpore rufo variegato.
Strix deminuta, *Pall. It.* ii. p. 707. 14.—*Gmel. Syst.* i. p. 290.
Yaichan eared Owl, *Lath. Syn.* i. p. 128. 14.

HABITAT in *Sibiriæ* montosis; vix libram pondere æquans. *Str. Buboni* simillima, nisi quod plerumque variegatio plumarum minus elegans, minusque distincta esse soleat.

18.
Scops. Str. auricularum penna solitaria.
Strix Scops, *Lin. Syst.* i. p. 129. 5.—*Gmel. Syst.* i. p. 290.—*Raii Syn.* p. 25. 3.—*Will.* p. 65. t. 12.—*Id. (Angl.)* 101.—*Bris.* i. p. 495. t. 37. 1.—*Id.* 8vo. p. 144.—*Klein. Av.* p. 57. 7.

Scops,

Scops, ou petit Duc, *Buf.* i. p. 353. t. 24.—*Pl. Enl.* 436.
Horn-oder Ohreule, *Gunth. Neſt. u. Eyer*, t. 40.
Chiu, o Alloccarello, o Chivino, *Zinnan. Uov.* p. 98. t. 16. f. 87.
Scops-eared Owl, *Lath. Syn.* i. p. 129. 15.—*Id. Sup.* p. 43.

Habitat in *Europa.*—7½ pollices longa.—Auricularum pennæ occiſa ave vix conſpicuæ: color pro ætate multum variat, ex griſeo, rufo, fuſco, et nigricante mixtus.

19. pulchella. Str. minima, capite aurito, corpore pulveratim cinereo-undulato ſubtus albido, alis faſciato-pulveratis, litura ad nares alba.
Strix pulchella, *Pall. It.* i. p. 456. 8.—*Lepech. It.* ii. t. 4.—*Gmel. Syſt.* i. p. 290.
Strix capite aurito, e gente ſua minima, &c. *N. C. Petr.* xv. p. 490. t. 26. f. 1.
Sibirian eared Owl, *Lath. Syn.* i. p. 130. 16. t. 5. f. 1.

Habitat circa *Catharinopolin Sibiriæ*, et reliquo auſtrali *Wolgæ* littore prope habitacula, vel in ſylvis. Ultra 9 pollices longa.
Irides flavæ: *dorſum* ſordide cinereum: *alæ* maculis albis oblongis: *cauda* rufeſcens, faſciis et punctulis fuſcis.

** Inauriculatæ.

20. nyctea. Str. capite lævi, corpore albido maculis lunatis diſtantibus fuſcis.
Strix nyctea, *Lin. Syſt.* i. p. 132. 6.—*Faun. Suec.* N° 76.—*Gmel. Syſt.* i. p. 291.—*Scop. Ann.* i. N° 10.—*Brün.* p. 7.—*Muller*, N° 10.—*Faun. Groenl.* N° 16.—*Georgi*, p. 164.—*Phil. Tranſ.* lxii. p. 385. 5.—*Faun. Amer. ſept.* p. 9.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 78. N° 3.
Aluco albus diurnus, *Ger. Orn.* i. p. 89. t. 93.
Ulula alba, *Klein. Av.* p. 56. 5.
Strix alba freti Hudſonis, *Briſ.* i. p. 522.—*Id.* 8vo. p. 152.
Harfang, *Buf.* i. p. 387.—*Pl. Enl.* 458.
Great white Owl, *Edw.* t. 6.—*Gent. Mag.* xli. t. p. 437.
Snowy Owl, *Arct. Zool.* ii. N° 121. t. tit. præfix.—*Lath. Syn.* i. p. 132. 17.—*Id. Sup.* p. 45.

Habitat in *Europæ* et *Americæ* locis frigidioribus; vix a nive diſtinguitur. In *Alpibus Lapponicis* tota nivea leporibus et lagopedibus præcipue victitat, quos interdiu frequentiſſime venatur. *St. Buboni* fere æqualis, bipedalis.

21. Wapacuthu. Str. capite lævi, corpore albo pallide rubro nigroque maculato, ſubtus albido, lineis numeroſis ruſeſcentibus.
Strix Wapacuthu, *Gmel. Syſt.* i. p. 291.
Wapacuthu Owl, *Arct. Zool.* ii. N° 119.—*Lath. Syn. Sup.* p. 49.

HABITAT in ſylvis circa *fretum Hudſonis*, eſculenta: muribus et avibus victitans.—Long. ped. 2.—Lat. ped. 4.—Pond. lib. 5.

Irides flavæ: ſpatium inter oculos, gulam, et genas album: *capitis* pennæ apice nigræ: *pedes* ad digitos uſque lanati.

22. cinerea. Str. cinereo-fuliginoſa, nigro tranſverſim lineata, ſubtus albido cinereoque nebuloſa, regione periophthalmica circulis concentricis nigris.
Strix cinerea, *Gmel. Syſt.* i. p. 291.
Sooty Owl, *Arct. Zool.* ii. N° 120.
Cinereous Owl, *Lath. Syn. Sup.* p. 45.

HABITAT ad *fretum Hudſonis*; per paria volans; muribus et leporibus victitans; magnitudine vix cedit *S. Buboni*.—Long. ped. 2. Lat. ped. 4.—Pond. lib. 3.—*Ovum* obſcure maculatum.

Roſtrum albidum: *irides* luteæ: *cauda* alternatim fuſco albidoque ſtriata: pars cutis anguſta a gula ad criſſum pennis denudata.

23. nebuloſa. Str. capite lævi, corpore fuſco albido undulatim ſtriato, remige 6to longiore apice nigricante.
Strix nebuloſa, *Phil. Tranſ.* lxii. p. 424. 2.—*Gmel. Syſt.* i. p. 291.
Grey Owl, *Phil. Tranſ.* lxii. p. 386.
Barred Owl, *Arct. Zool.* ii. N° 132. t. 11.—*Lath. Syn.* i. p. 133. 18.

HABITAT circa *ſinum Hudſonis*. Victitat leporibus, lagopedibus, muribuſque. Magnit. fere *Str. Nycteæ*.—Long. ped. 2. Lat. ped 4. Pond. lib. 3.

Roſtrum et *irides* flavæ.

24. perſpicillata. Str. capite lævi tomentoſo albo, regione periophthalmica gula corpore ſupra faſciaque pectoris rubro-fuſcis, abdomine ruſo-albo.
Spectacle Owl, *Lath. Syn. Sup.* p. 50. t. 107.

HABITAT in *Cayana*; præcedente paulo minor; 21 pollices longa.

Caput parvum, pennis lanæ inſtar veſtitum: *roſtrum* flavum: *pedes* ad ungues pennati.

25. ſtridula. Str. capite lævi, corpore ferrugineo, remige tertio longiore.

Strix.

Strix ſtridula, *Lin. Syſt.* i. p. 133. 9.—*Faun. Suec.* N° 77.—*Scop. Ann.* i. N° 12.—*Gmel. Syſt.* i. p. 294.—*Brun.* N° 18.—*Muller*, p. 11.—*Kram. El.* p. 323. 4 ?—*Ger. Orn.* i. p. 90. t. 95.
Strix orientalis, *Haſſelq. It.* 233.
Strix Aldrov. *Raii Syn.* p. 25. A. 2.—*Will.* p. 65. t. 14.—*Briſ.* i. p. 500. 1.—*Id.* 8vo. p. 146.—*Klein. Av.* p. 56. 3.
Noctua major, *Friſch.* t. 95, 96.
Le Chathuant, *Buf.* i. p. 362. t. 25.—*Pl. Enl.* 437.
Strige, *Zinnan. Uov.* p. 100. t. 16. f. 89.
Common brown or ivy Owl, *Will. (Angl.)* p. 102. t. 14.—*Alb.* i. t. 9.
Tawny Owl, *Br. Zool.* i. N° 68.—*Id.* fol. 7. t. B. 3.—*Arct. Zool.* ii. p. 237. B.—*Lewin Br. Birds*, i. t. 27.—*Lath. Syn.* i. p. 139. 27.

Habitat in *Europæ* et *Tartariæ* auſtralioris deſertis; etiam *Angliæ* nemoribus ſatis frequens; 19 uncias ponderans. 15 poll. longa.

Caput ferrugineum, cum reliquo corpore ſupra maculis punctiſque obſcurioribus: *irides* cæruleſcunt: *pectus* et *abdomen* flavicant albo intermiſto, ſubtus ſtriis obſcuris: *cauda* maculis lineiſque pallide ferrugineis et nigris.

26. Aluco. Str. capite lævi, corpore ferrugineo, iridibus atris.
Strix aluco, *Lin.* i. p. 130. 7.—*Gmel. Syſt.* i. p. 292.—*Scop. Ann.* i. N° 11.—*N. Act. Stock.* 1782, ii. N° 8.—*Gerin. Orn.* p. 90. t. 94.
Ulula, *Briſ.* i. p. 507. 3.—*Id.* 8vo. p. 148.—*Will.* p. 68. t. 13.
Noctua major, *Friſch.* t. 94.
Aluco prior Aldr. *Will.* p. 68.—*Id. (Angl.)* p. 104. t. 13.—*Brun.* N° 17.—*Faun. Arag.* p. 71.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 79. 4.
Ulula vulturina, *Klein. Av.* p. 57. 10 ?
Hulotte, *Buf.* i. p. 358.—*Pl. Enl.* 441.
Black Owl, *Alb.* iii. p. 4. t. 8 ?
Brown Owl, *Br. Zool.* N° 69. t. 32.—*Id.* fol. p. 72. t. B. f. 1.—*Arct. Zool.* ii. N°. 125.—*Lewin. Br. Birds*, i. t. 28.—*Id.* t. iv. f. 3. *(Ovum.)*
Aluco Owl, *Lath. Syn.* p. 134. 20.

Habitat in *Europæ* ſylvis, arboribus cavis nidificans.—Longitudo 15 poll.

Corpus ſupra obſcure ferrugineum maculis nigris et albidis, ſubtus album, maculis nigris tranſverſis et longitudinalibus: *pedes* albidi, maculis nigris exiguis: *irides* cæruleo-fuſcæ. An a priore ſatis diſtincta?

27.
Ulula. Str. capite lævi, fupra rufefcens maculis longitudinalibus fufcis, fubtus albida lineolis fufcis, cauda fafciis fufcis.

Strix Ulula, *Lin. Syft.* i. p. 133?—*Gmel. Syft.* i. p. 194?—*Sepp. Vog.* t. p. 63. (*Mas* et *Fem.*)—*Muller*, p. 11.—*Georgi*, p. 164.—*Faun. Arag.* p. 71. 6.

Ulula flammeata, *Frifch.* t. 98.

Strix cinerea, *Raii Syn.* p. 26. A. 3.—*Will.* p. 66.—*Borowfk. Nat.* ii. p. 80. 6.

Noctua major, *Brif.* i. p. 511. 4.—*Id.* 8vo. p. 149.

——— vulgaris noftras aucuparia, *Ger. Orn.* i. p. 87. t. 86. 87?

La Chouette, ou grande Cheveche, *Buf.* i. p. 372. t. 27.—*Pl. Enl.* 438.

Grey Owl, *Will. (Angl.)* p. 103?

Great brown Owl, *Alb.* iii. p. 7. t. 7.

Brown Owl, *Lath. Syn.* i. p. 140. 28.

Habitat in *Europa*; in *Anglia* minus frequens.—Long. poll. 15½. Pond. unc. 14.

Irides luteæ. Habitu et coloribus valde affinis *Str. Brachyoti.*

β. Str. capite inaurito, corpore ferrugineo fupra nigro maculato, fubtus lineolis fufcis ftriato, orbitis roftro fafciaque fubalari nigris.

Strix arctica, *Muf. Carlf. Fafc.* iii. t. 51.

Habitat in *Sueciæ* provinciis feptentrionalibus. Long. poll. 18.

Corpus ferrugineum, fupra nigro maculatum, fubtus lineolis fufcis ftriatum: *roftrum* fafciaque fubalaris nigra: *irides* flavæ: *cauda* nigro ferrugineoque fafciata: *pedes* albi unguibus nigris.

γ. Str. capite lævi, corpore fupra lutefcente fubtus luteo-albo maculis longitudinalibus nigricantibus.

Strix accipitrina, *Pall. It.* i. p. 455. 6.—*Gmel. It.* ii. p. 163. t. 9.—*Gmel. Syft.* i. p. 295.

Cafpian Owl, *Lath. Syn.* i. p. 147. 36.

Habitat ad *mare Cafpium*, *Ruffia* auftraliore, et *Tartaria*; nidis defertis nidificans.

Roftrum nigrum: *irides* citrinæ: *alæ* fubtus et *criffum* alba: *remiges* extus lutefcentes, intus albæ nigro teffellatæ: *cauda* alis brevior rotundata, nigricans, lateribus albido fafciata.

28.
flammea. Str. capite lævi, corpore luteo punctis albis, fubtus albido punctis nigricantibus.

Strix

Strix flammea, *Lin. Syst.* i. p. 133. 8.—*Faun. Suec.* N° 73.—*Gmel. Syst.* i. p. 293.—*Mull.* p. 11.—*Borowsk. Nat.* ii. p. 79. 5.
Aluco, *Bris.* i. p. 503. 2.—*Id.* 8vo. p. 147.—*Raii Syn.* p. 25. A. 1.—*Brun.* p. 17.—*Klein. Av.* p. 56. 4.—*Id. Stem.* p. 9. t. 10. f. 1. a. b. 2. a. b. 3. a. b.—*Ger. Orn.* i. p. 88. t. 91.—*Id.* 92. var.
Aluco minor Aldrov. *Will.* p. 67. t. 13.—*Schœf. El. Orn.* t. 64.
L'Effraie, ou Fresaie, *Buf.* i. p. 366. t. 26.—*Pl. Enl.* 440.
Schlever Eule, Perle Eule, *Frisch.* t. 97.—*Kram. El.* p. 324. 5.—*Wirsing. Vog.* t. 49.
Alloco, *Zinnan. Uov.* p. 99. t. 16. f. 85.
Tuidara, *Marcgr. Bras.* p. 205.
White Owl, *Br. Zool.* i. N° 67.—*Id.* fol. p. 71. t. B.—*Arct. Zool.* N° 124.—*Will. (Angl.)* p. 104. t. 13.—*Alb.* ii. t. 11.—*Lewin Br. Birds*, i. t. 26.—*Id.* t. iv. f. 2. *(Ovum.)*—*Lath. Syn.* i. p. 138. 26. —*Id. Sup.* p. 46.

HABITAT in *Europa*, *America*, *India*, et *China*, etiam in *Jamaica*, forte in *Brasilia*, passim in *Anglia*; muribus infesta.—14 pollices longa.
Rostrum album: *irides* obscuræ.

29.
sylvestris. Str. capite lævi, corpore albo fuscoque variegato, regione periophthalmica albida.
Strix sylvestris, *Scop. Ann.* i. N° 13.—*Gmel. Syst.* i. p. 292.—*Kram. El.* p. 325. 7?
Austrian Owl, *Lath. Syn.* i. p. 136. 21.

HABITAT in *Carniola*; statura *Galli*.
Rostrum flavescens: *caput* eleganti ornatum capillitio: *irides* glaucæ.

30.
alba. Str. capite lævi, corpore rufo griseoque vario subtus albo, regione periophthalmica margine rufo, rectricibus apice albis.
Strix alba, *Scop. Ann.* i. N° 14.—*Gmel. Syst.* i. p. 293.
Austrian white Owl, *Lath. Syn.* i. p. 136. 22.

HABITAT in *Austria*. Statura fere *Gallinæ*. *Rostrum* album.

31.
Noctua. Str. capite lævi, iridibus flavis, corpore pallide rufo maculis longitudinalibus fuscis.
Strix noctua, *Scop. Ann.* i. N° 15.—*Gmel. Syst.* i. p. 293.
Austrian rufous Owl, *Lath. Syn.* i. p. 136. 23.

HABITAT in *Carniola*; in sylvis circa *Labacum* copiosa. Statura *Columbæ*.

 Str. capite

32. rufa. Str. capite lævi, iridibus cærulescentibus, corpore ferrugineo fusco maculato.
Strix rufa, *Scop. Ann.* i. N° 16.—*Gmel. Syst.* i. p. 293.—*Ger. Orn.* i. p. 90. t. 96?
Austrian ferrugineous Owl, *Lath. Syn.* i. p. 137. 24.

HABITAT in *Austria* in sylvis *Idriensibus.* Statura prioris.

33. sologniensis. Str. capite lævi, corpore supra atro fusco fulvo admisto, subtus albo, cauda alba versus apicem lineis nigricantibus decussantibus.
Noctua minor dorso ferrugineo, &c. *Salern. Orn.* p. 36.
Strix soloniensis, *Gmel. Syst.* i. p. 293.
Sologneſe Owl, *Lath. Syn.* i. p. 137. 25.

HABITAT in *Gallia*, provincia *Soloniensi.* 15 pollices longa.
Vertex regioque periophthalmica extus rufo alboque varia.

34. barbata. Str. capite lævi, rostro iridibusque flavis, corpore cinereo, gula regioneque periophthalmica atris, remige sesquialtera serrata.
Mountain Owl, *Lath. Syn. Sup.* p. 50.

HABITAT in *Sibiriæ* montibus orientalibus. Similis *Str. Aluconi*, at species distincta.

35. funerea. Str. capite lævi, corpore fusco albo maculato, subtus albo fuscoque fasciolato, remigibus maculis albis variegatis, rectricibus albo fasciatis.
Strix funerea, *Lin. Syst.* i. p. 133. 11.—*Faun. Suec.* N° 75.—*Phil. Trans.* lxii. p. 385.—*Faun. Amer. sept.* p. 9.—*Muller*, p. 11.
Strix canadensis, *Bris.* i. p. 518. 6. t. 37. f. 2.—*Id.* 8vo. p. 151.
Noctua canadensis, *Ger. Orn.* i. p. 88. t. 90.
La Chouette, ou grande Cheveche de Canada, *Buf.* i. p. 391. 5.
Hawk Owl, *Arct. Zool.* ii. N° 123.
Canada Owl, *Lath. Syn.* i. p. 142. 29.

HABITAT in *Europa* et *America* septentrionali.—Long. poll. 17. Lat. ped. 2. Pond. unc. 12.
Caput supra atrum punctis albis: *irides* flavæ: *rectrices* fasciis angustis albidis, intermediis vix apice albentibus: *cauda* elongata. Victitat lagopedibus, quos interdiu venatur.

β. Str. corporis pennis supra fuscis margine albis, subtus albis lineis transversis nigris, rostro iridibusque aurantiis.

Strix

Strix freti Hudſonis, *Briſ.* i. p. 520. 7.—*Id.* 8vo. p. 151.—*Gmel. Syſt.* i. p. 295. 34.
Strix, ſive Falco noctuæformis, *Ger. Orn.* i. p. 91. t. 98.
Caparacoch, *Buf.* i. p. 385. 2.
Hawk Owl, *Edw.* t. 62.—*Lath. Syn.* i. p. 143. 30.

HABITAT in *freto Hudſonis.* *Niſo* vix major.
Vertex fuſcus albo maculatus: *facies* alba, fuſco intermiſto nigro marginata: *uropygium* fuſcum, faſciis pallidis: *cauda* alæque longæ.

γ. Str. corpore albido, maculis in ſingularum pennarum medio longitudinalibus fuſcis.
Strix uralenſis, *Pall. It.* i. p. 455. 7.—*Lepech. It.* ii. t. 3.
Chouette à longue queue de Sibirie, *Pl. Enl.* 463.
Ural Owl, *Lath. Syn.* i. p. 148. 37.

HABITAT in montibus *Uralenſibus.*
Roſtrum corneum: *irides palpebræque* nigræ: *orbitæ* cinereæ: *uropygium* album: *cauda* longa cuneiformis.

36. Chichictli. Str capite lævi, oculis nigris, corpore fulvo albo fuſco nigroque vario, palpebris cæruleis.
Strix mexicana, *Briſ.* i. p. 523. 9.—*Id.* 8vo. p. 152.
—— chichictli, *Gmel. Syſt.* i. p. 296.—*Raii Syn.* p. 160.
Mexican Owl, *Lath. Syn.* i. p. 144. 31.

HABITAT in *Mexico*; *Gallinæ* magnitudine.

37. Tolchiquatli. Str. capite lævi, iridibus flaveſcentibus, corpore nigro flaveſcente albo fulvoque vario, ſubtus albo.
Noctua mexicana, *Briſ.* i. p. 524. 10.—*Id.* 8vo. p. 153.
Strix Tolchiquatli, *Gmel. Syſt* i. p. 296.—*Raii Syn.* p. 160.
New Spain Owl, *Lath Syn.* i. p. 145. 32.

HABITAT in *nova Hiſpania.*
Corpus denſe plumis veſtitum: *tectrices alarum* nigræ.

38. cunicularia. Str. capite lævi, corpore fuſco ſubtus albo, pedibus tuberculatis piloſis.
Strix cunicularia, *Gmel. Syſt.* i. p. 292.
Noctua coquimbana, *Briſ.* i. p. 525. 11.—*Id.* 8vo. p. 153.
Strix cunicularia, *Gmel. Syſt.* i. p. 292.—*Molin. Chil.* p. 233.—*Id.*
(*Fr.*

(Fr. Ed.) p. 243.—*Klein. Av.* p. 57. 9.—*Feuill. Obſ. Phyſ.* (1714.) p. 564.
Coquimbo Owl, *Lath. Syn.* i. p. 145. 3[illegible].

HABITAT in *Chili*; magnitudine *Columbæ*. Victitat inſectis, amphibiis; nidificat in cuniculis deſertis.
Irides flavæ: *remiges* ultra caudam porrigunt.

39. javanica. Str. corpore cinereo, hinc inde rufeſcente maculis albis et nigris, ſubtus ſordide albo, hinc inde rufeſcente maculis nigris.
Strix javanica, *Gmel. Syſt.* i. p. 295.—*De Wurmb. apud Lichtenb. Mag.* iv. 2. 10.

HABITAT in *Java*.

40. dominicenſis. Str. capite lævi, abdomine rufo, pectore maculis ſparſis longitudinalibus.
Strix dominicenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 296.
Chouette, ou grande Cheveche de S. Domingue, *Buf.* i. p. 392. 6.
St. Domingo Owl, *Lath. Syn.* i. p. 146. 34.

HABITAT in *Inſula S. Dominici*. *Ululæ* perquam affinis, roſtro tamen majore, robuſtiore, magis adunco diſtincta.

41. cayanenſis. Str. capite lævi, iridibus fulvis, corpore rufo lineis undulatis tranſverſis fuſcis.
Strix Cayanenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 296.
Chathuant de Cayenne, *Buf.* i. p. 391.—*Pl. Enl.* 442.
Cayenne Owl, *Lath. Syn.* i. p. 146. 35.

HABITAT in *Cayana*; magnitudine *Stridulæ*.
Roſtrum corneum: *regio periophthalmica* cinerea.

42. Tengmalmi. Str. capite lævi, corpore griſeo maculis piſiformibus albis, iridibus flavis.
Strix Tengmalmi, *Gmel. Syſt.* i. p. 291.—*Tengmalm. Act. Stockh. ann.* 1783. *trim.* 1.—*Arct. Zool. Sup.* p. 60.

HABITAT in *Uplandia Sueciæ*; *Merulæ* magnitudine.
Roſtrum obſcurum apice albo, inter roſtrum et oculos linea nigra: *regio periophthalmica* alba obſcure varia.

Str. capite

44.
acadienſis. Str. capite lævi, regione periophthalmica cinerea, corpore ſupra rubro-fuſco maculis albis, ſubtus ſordide albo maculis longitudinalibus ferrugineis.
Strix acadica, *Gmel. Syſt.* i. p. 296.
Acadian Owl, *Lath. Syn.* i. p. 149. 38. t. 5. f. 2.

HABITAT in *America ſeptentrionali*; 7 pollices longa. *Roſtrum* fuſcum: *irides* fulvæ: *vertex* pallide maculatus.

45.
fulva. Str. capite lævi, corpore fuſco, marginibus pennarum fulvis, regione periophthalmica fulva, rectricibus faſciis pallidis.
New Zealand Owl, *Lath. Syn. Sup.* p. 48. 39.

HABITAT in *nova Zealandia*; 11 pollices longa.
Dorſum poſticum, *uropygium*, *criſſum*que fuſca immaculata: *femora* fuſca albo punctata: *irides* flavæ.

β. Str. iridibus flavis, corpore ſupra fuſco albo maculato, ſubtus fulvo.
Strix N. Seelandiæ, *Gmel. Syſt.* i. p. 296.
New Zealand Owl, *Lath. Syn.* i. p. 149. 39.

HABITAT cum priore. An ſexus altera?

46.
paſſerina. Str. capite lævi, remigibus maculis quinque ordinum.
Strix paſſerina, *Lin. Syſt.* i. p. 133. 12.—*Faun. Suec.* N°. 79.—*Gmel. Syſt.* i. p. 296.—*Scop. Ann.* i. N° 17.—*Brun.* p. 7. 20.—*Muller*, N° 83.—*Georgi*, p. 164.—*Faun. Arag.* p. 71.—*Phil. Tranſ.* lxii. p. 385.—*Sep. Vog.* t. p. 69.—*Kram. El.* p. 324. 6.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 81. 7.
Noctua minor, *Raii Syn.* p. 26. 6.—*Will.* p. 69. t. 13.—*Klein. Av.* p. 56. 6.—*Id. Stem.* p. 9. t. 10. f. 4. a. b.—*Briſ.* i. p. 514. 5.—*Id.* 8vo. p. 150.
La Chevêche, ou petite Chouette, *Buf.* i. p. 377. t. 28.—*Pl. Enl.* 439.
La Civetta, *Olin.* 65.—*Cet. uc. Sard.* p. 66.—*Zinnan. Uov.* p. 97. t. 16. f. 86.
Little Owl, *Br. Zool.* i. N° 70.—*Id.* fol. p. 73. t. B. 5.—*Arct. Zool.* ii. N° 126.—*Faun. Amer. ſept.* p. 9.—*Edw.* t. 228.—*Will. (Angl.)* p. 105. t. 13.—*Alb.* ii. t. 12.—*Lewin Br. Birds*, i. t. 29.—*Id.* t. iv. f. 4. *(Ovum.)*—*Lath. Syn.* i. p. 150. 40.

HABITAT in *Europa* et *America ſeptentrionali*; ſolitaria; victitans

 veſperti-

vespertilionibus, passeribus, gryllis; 8 pollices longa. Nidificat in cavis arborum, non raro in caminis.

Rostrum fusco-albicans: *caput*, *dorsum*, *tectricesque alarum* dilute fusca maculis albis: *pectus* albidum ferrugineo varium.

β. Noctua minor, *N. C. Petr.* xv. p. 447. t. 12.

Variat *corpore majore*, et longitudine pedem æquans. *Remiges* fusco et flavescente variæ: *abdomen* flavo mixtum: *gula* alba.

ORDO II. PICÆ.

GENUS IV. LANIUS.

Rostrum rectiusculum, dente utrinque versus apicem, basi nudum.
Lingua lacera.
Digitus exterior basi medio connexus.

1. forficatus. L. cauda forficata, crista frontali erecta, corpore nigro viridante.
Lanius forficatus, *Lin. Syst.* i. p. 134. 1.—*Gmel. Syst.* i. p. 297.
Muscicapa madag. nigra major cristata, *Bris.* ii. p. 388. 16. t. 37. f. 4.—*Id.* 8vo. i. p. 266.
Gobe-mouche huppé de Malabar, Drongo, *Buf.* i. p. 586.—*Pl. Enl.* 189.
Fork-tailed Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 158. 1.

HABITAT ad *Caput B. Spei, Madagascaria, China*; 10 pollices longus. *Crista* ad basin *rostri* erecta; quibusdam crista deest.

2. malabaricus. L. cæruleo-niger, remigibus caudaque nigris, rectricibus extimis utrinque longissimis denudatis, apice latere exteriore pennatis.
Gobe-mouche de Malabar, *Son. Voy. Ind.* ii. t. 111.
Drongo de Malabar, *Buf.* iv. p. 587.
Malabar Shrike, *Lath. Syn. Sup.* p. 56. t. 108.

HABITAT

Habitat in *Malabaria*; 17½ pollices longus.

Pennæ *capitis collique* ſtrictiores, et in nonnullis ſpeciminibus *criſta* maxima, floccoſa, dependens totum pileum tegit.

3. cærulefcens. L. cauda forficata, corpore nigro-cæruleſcente, abdomine albo.
Lanius cæruleſcens, *Lin. Syſt.* i. p. 134. 2.—*Gmel. Syſt.* i. p. 297.
——— bengalenſis cauda bifurca, *Briſ.* ii. p. 189.—*Klein. Av.* p. 54. 8. *Ger. Orn* i. p. 74. t. 57. f. 1.
Fingah, *Buf.* i. p. 108.
Fork-tailed Indian Butcher bird, *Edw.* t. 56.
————— Shrike, *Lath. Syn.* i. 158. 2.

Habitat in *Bengala*; 7½ pollices longus; corvis infeſtus.

Pectus obſcure cinereum.

4. caſtaneus. L. cauda cuneiformi, corpore ſupra caſtaneo ſubtus albo, vertice nucha cerviceque cinereis.
Lanius caſtaneus, *Gmel. Syſt.* i. p. 297.
Cheſnut-backed Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 159. 3.

Longitudo 11 pollicum.—*Alæ caudaque* nigra: *rectrices* apice ferrugineæ.

5. lucionenſis. L. cauda cuneiformi, corpore griſeo-rufeſcente, rectricibus apice fuſco faſciatis, macula aurium nigra.
Lanius lucionenſis, *Lin. Syſt.* i. p. 135. 10—*Briſ.* ii. p. 169. 11. t. 18. f. 1.—*Id.* 8vo. p. 204.—*Gmel. Syſt.* i. p. 299.
Luzonian Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 172. 21.

Habitat in *Lucionenſi inſula*; 7¾ pollices longus.

Corpus ſubtus albido-rufeſcens.

6. Excubitor. L. cauda cuneiformi, lateribus alba, dorſo cano, alis nigris macula alba.
Lanius excubitor, *Lin. Syſt.* i. p. 135. 11.—*Faun. Suec.* N° 80.—*Gmel. Syſt.* i. p. 300.—*Scop. Ann.* i. N° 18.—*Brun.* N° 21. 22.—*Sepp. Vog.* t. p. 121.—*Faun. Arag.* p. 71.—*Kram. El.* p. 364. 4. (ampelis.)—*Borowſk. Nat.* ii. p. 83. 2.
Falco congener, *Klein. Stem.* p. 9. t. 9. f. 1. a. b. c.—*Id. Ov.* p. 20. t. 5. f. 9.
Lanius, ſeu Collurio cinereus major, *Raii Syn.* p. 18. A. 3.—*Will.* p.

53. t. 10.—*Briſ.* ii. p. 141. 1.—*Id.* 8vo. p. 197.—*Klein. Av.* p. 53. 1.—*Friſch.* t. 60.—*Ger. Orn.* i. p. 72. t. 53.
La Pie-grieſche griſe, *Buf.* i. p. 296. t. 20.—*Pl. Enl.* 445.
Ferlotta berettina, *Zinnan. Uov.* p. 90. t. 15. f. 80.
Caſtrica palombina, *Olin. uc.* t. p. 41.
Il Falconetti, *Cett. uc. Sard.* p. 54.
Greater Butcher-bird, *Will. (Angl.)* p. 87.—*Alb.* ii. t. 13.—*Ellis Voy.* ii. p. 28.
Great cinereous Shrike, *Br. Zool.* N° 71. t. 33.—*Id.* fol. p. 73. t. C.—*Arct. Zool.* ii. N° 127.—*Phil. Tranſ.* lxii. p. 386.—*Cateſ. Car. App.* t. 36.—*Lewin. Br. Birds,* i. t. 30.—*Id.* t. v. f. 1. *(Ovum.)*—*Lath. Syn.* i. p. 160. 4.

HABITAT in *Europa* et in *America boreali*; prædam transfigit; accipitres adventantes obſervat, et aviculis indicare fertur. *Ovum* lurido-album, maculis fuſcis et ſaturatioribus ad angulum obtuſum.

β. Lanius cinereus major, *Briſ.* ii. p. 146. 2.—*Id.* 8vo. p. 198.—*Will.* p. 53.—*Friſch.* t. 59.
Geſner's great Butcher bird, *Will. (Angl.)* i. p. 88.—*Lath. Syn.* i. p. 161.

Præcedente major, a quo præcipue differt tectricibus alarum minoribus humeriſque rufeſcentibus.

γ. L. corpore toto albo.
Lanius albus, *Briſ.* i. p. 145. A.—*Id.* 8vo. p. 198.—*Lath. Syn.* i. p. 162.

7.
Nengeta. L. cauda cuneiformi apice alba, corpore cinereo ſubtus albido.
Lanius Nengeta, *Lin. Syſt.* i. p. 135. 7.—*Gmel. Syſt.* i. p. 298.
Cotinga cinerea, *Briſ.* ii. p. 353. 8.—*Id.* 8vo. i. p. 256.
Guiraru Nheengeta, *Raii Syn.* p. 166. 5.—*Will.* p. 170.—*Id. (Angl.)* p. 235.
Guirarou, *Buf.* iv. p. 459.
Grey Pye of Braſil, *Edw.* t. 318.
—— Shrike, *Arct. Zool.* ii. p. 240. A.—*Lath. Syn.* i. p. 183. 36.

HABITAT in *Europæ borealis* et *Americæ* aquoſis; gregarius; 9 pollices longus. A roſtro utrinque per oculos ad occiput macula oblonga nigra: *irides* ſapphirinæ: *alæ* et *cauda*, *roſtrum* et *pedes* nigricantia.

L. cauda

8.
ludoviciánus. L. cauda cuneiformi cinereus, remigibus nigris, basi rectricibusque apice albis.

Lanius ludovicianus, *Lin. Syst.* i. p. 134. 6.—*Gmel. Syst.* i. p. 298.—*Bris.* ii. p. 162. 8. t. 15. 2.—*Id.* 8vo. p. 202.
Lanius americanus, *Gmel. Syst.* i. p. 308.
Black-crowned Shrike, *Arct. Zool.* ii. N° 128.
Louisiane Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 162. 5.

Habitat in *Ludovicia.* Pileus niger: fascia sub oculis nigra: *rectrices* intermediæ totæ nigræ, reliquæ basi apiceque albæ: *remiges* secundariæ apice albæ.

9.
americanus. L. rufo-fuscus, subtus flavescens, pileo griseo, remigibus caudaque nigris, gula rectricumque apicibus albis.

Pie-griesche de la Louisiane, *Pl. Enl.* 397.

Habitat in *Louisiana*; magnitudine *Collurionis*; 8 fere pollices longus.

Rostrum et *pedes* plumbeo-nigricantes: *gula* alba: pone oculos vitta alba: *cauda* apice integra: *rectricibus* omnibus apice albis.

10.
collaris. L. cauda cuneiformi, corpore nigro subtus albo, remigibus primoribus basi albis.

Lanius collaris, *Lin. Syst.* i. p. 135. 9.—*Gmel. Syst.* i. p. 299.
——— capitis Bonæ Spei, *Bris.* ii. p. 182. t. 15. f. 1.—*Id.* 8vo. p. 208.
Pie-griesche du Cap de B. E. *Pl. Enl.* 477. 1.
Collared Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 163. 7.

Habitat ad *Caput Bonæ Spei*; magnitudine *L. excubitoris*; 12 pollices longus.

Rectrices 4 intermediæ nigræ, cæteræ apice albæ.

11.
Collurio. L. cauda subcuneiformi, dorso griseo, rectricibus 4 intermediis unicoloribus, rostro plumbeo.

Lanius Collurio, *Lin. Syst.* i. p. 136. 12.—*Faun. Suec.* N° 81. t. 2. f. 81.—*Gmel. Syst.* i. p. 300.—*Scop. Ann.* i. N° 19.—*Bris.* ii. p. 151. 4. *Id.* 8vo. p. 202.—*Brun.* N° 23, 24.—*Muller*, p. 11.—*Kram. El.* p. 363. 2.—*Faun. Arag.* p. 71—*Sep. Vog.* t. in p. 127.—*Gunth. Nest. u. Eyer.* t. 23.—*Borowsk. Nat.* ii. p. 83. 3.
Lanius minor ruffus, *Raii Syn.* p. 18. A. 4.—*Will.* p. 54.—*Ger. Orn.* i. p. 73. t. 55. f. 1, 2.
Lanius æruginosus major, *Kl. Ov.* p. 20. t. 5. f. 8.

Merulæ

Merulæ congener alia, *Raii Syn.* p. 67. 13?—*Will.* p. 144. 3.
Falco congener, *Klein. Stem.* p. 9. t. 9. f. 2. a. b.
Lanius minor primo, *Klein. Av.* p. 53. 2.
L'Ecorcheur, *Buf.* i. p. 304. t. 21.—*Pl. Enl.* 31. f. 2.—*Schæf. El.* t. 43.
Ferlotta roſſa, *Zinnan. Uov.* p. 91. t. 15. f. 81.
Leſſer Butcher-bird, Fluſher, *Alb.* ii. t. 14.—*Will. (Angl.)* p. 88. 2. 89. 3.
Red-backed Shrike, *Br. Zool.* i. N° 72.—*Id.* fol. p. 74. t. C. 1.—*Arct. Zool.* ii. N° 131.—*Lewin. Br. Birds*, i. t. 30.—*Id.* t. v. f. 2. *(Ovum.)*—*Lath. Syn.* i. p. 167. 25.—*Id. Sup.* p. 52.

HABITAT in *Europa*; in *Anglia* migratoria; Maio menſe veniens, Septembri vel Octobri migrans.—7½ pollices longus.—Vitta per oculos nigra. Sexu variat.

Femina capite ferrugineo griſeo, ſubtus albida lunulis tranſverſis nigricantibus, rectricibus fuſcis, extima latere exteriore alba, vitta per oculos rufo-fuſca.

Ovum rufo-albidum, ad angulum obtuſum fuſco et nigricante maculatum.

β. L. griſeus, ſubtus rufeſcens ſtriis fuſcis, ſcapularibus albo nigroque dimidiatis, rectricibus exterioribus 3 baſi apiceque, extima extus rufo-albis.
Collurio varius, *Briſ.* ii. p. 154. 5.—*Id.* 8vo. i. p. 201.—*Raii Syn.* 19. A. 5.—*Will.* t. 10.—*Gmel. Syſt.* i. p. 301.
Lanius arundinum, *Klein. Av.* p. 54. 10.
Variegated Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 168. 16.

Hæc avis linea illa nigra a roſtro utrinque per oculos ducta caret. An femina prioris?

12. rutilus. L. ſupra tricolor, ſubtus rufeſcente-albus, ſcapularibus totis, rectricibus a baſi ad medium, lateralibus apice albis, faſcia oculari nigra.
Lanius rufus, *Briſ.* ii. p. 147. 3.—*Id.* 8vo. i. p. 199.—*Gmel. Syſt.* i. p. 301. 12. γ.
Lanius pomeranus, *Muſ. Carlſc.* faſc. i. t. 1.—*Gmel. Syſt.* i. p. 302. 33.
Lanius minor cineraſcens, *Raji Syn.* p. 19. A. 6.—*Will.* p. 54. § iv. t. 10. f. 2?—*Klein. Av.* p. 54. 5.—*Friſch.* t. 61.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 84. 3?
Dorndreher, *Gunth. Neſt. u Ey.* t. 41?
Lanius femina, &c. *Will.* p. 54. § 111.

Lanius minor rutilus, *Klein Av.* p. 53. 3.—*Id. Ov.* p. 20. t. 5. f. 7.
—— ferrugineus major, capite ruffo, *Ger. Orn.* i. p. 74. t. 56.
Ampelis dorſo griſeo, &c. *Faun. Suec. ed.* i. p. 180. t. ii (Fem.)—*Kram. El.* p. 363. 2.
Pie-grieſche rouſſe, *Buf.* i. p. 301.—*Pl. Enl.* 9. f. 2, Mas.—*Id.* 31. f. 1. Fem.
Buferola, Ferlotta bianca, *Zinnan. Uov.* p. 89. t. 15. f. 79.
Another Sort of Butcher-bird, *Will. (Angl.)* p. 89. § 4.
Woodchat, *Br. Zool.* i. N° 73.—*Id.* fol. 74. t. C. 1.—*Alb.* ii. t. 16.—*Lewin. Br. Birds,* i. t. 32.—*Lath. Syn.* p. 169. 17.

Habitat in *Europa*; magnitudine *Collurionis,* et ut in illo ſexu variat. *Femina* rufa fuſco tranſverſim ſtriata, ſubtus lunulis fuſcis: *rectricibus* faſcia fuſca. *Ovum* cinereo-nebuloſum, interlucente fundo obſolete rubiginoſo. *Kl.*

In ave a *Sparrmanno* deſcripta faſcia per oculos ad humeros uſque utrinque deſcendit.

β. La Pie-grieſche rouſſe du Senegal, *Pl. Enl.* 477. f. 2.—*Lath. Syn.* i. p. 170. 17. A.

Variat ſcapularibus corpore concoloribus, baſi remigum macula alba.

γ. La Pie-grieſche à tête noire du Senegal, *Pl. Enl.* 479.—*Lath. Syn.* i. p. 170. 17. B.

In hac ave *caput* nigrum, et *cauda* longior.

13. italicus. L. cauda cuneiformi apice alba, corpore cinereo ſubtus albido, fronte faſciaque oculari nigris, remigibus nigris macula alba.
Lanius minor, *Gmel. Syſt.* i. p. 308.—*Ger. Orn.* i. p. 72. t. 54.
La Pie-grieſche d'Italie, *Buf.* i. p. 298.—*Pl. Enl.* 32. f. 1.
Leſſer grey Shrike, *Arct. Zool,* ii. p. 241. B.—*Lath. Syn. Sup.* p. 54.

Habitat in *Europa.* Faſcia per oculos ad collum medium utrinque deſcendit: *cauda* nigra, *rectricibus* 2 intermediis concoloribus, reliquis apice albis: *pectus* et *abdomen* roſea. A *Rutilo* vix ſatis diſtinctus.

14. Phœnicurus. L. rufo-griſeus, ſubtus albo-flaveſcens, cauda elongata uropygioque rufis, faſcia per oculos nigricante.
Lanius phœnicurus, *Pall. It.* iii. p. 693. 6.—*Gmel. Syſt.* i. p. 309.
Rufous-tailed Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 166. 14.

Habitat

Habitat in rupeſtribus ad *Ononem*, a *D. Pallas* ſemel obſervatus, magnitudine et facie *Collurionis*. *Cauda* longa apice rotundata.

15. curviroſtris. L. cauda cuneiformi, corpore albo, dorſo nigro, remigibus primoribus 5 macula alba.

Lanius curviroſtris, *Lin. Syſt.* i. p. 135. 8.—*Gmel. Syſt.* i. p. 299.
Collurio madagaſcarienſis, *Briſ.* ii. p. 191. 23. t. 19. f. 1.—*Id.* 8vo. p. 211.
Lanius major nigro et albo mixtus, *Ger. Orn.* i. p. 57. t. 60.
Vanga, ou Becarde à ventre blanc, *Buf.* i. p. 312.
Ecorcheur de Madagaſcar, *Pl. Enl.* 228.
Hook-billed Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 171. 19.

Habitat in *Madagaſcaria*; 10 pollices longus.
Mandibulæ inferioris apex reflexus uti ſuperioris: *occiput* nigro-vireſcens: *rectrices* medietate interiore cinereæ, exteriore nigræ, apice albo.

16. antiguanus. L. cauda cuneiformi, corpore flavo-rufo, jugulo pectoreque albo, capite remigibus caudaque nigris, rectricibus lateralibus apice rufis.

Lanius antiguanus, *Gmel Syſt.* i. p. 301.
Pie-grieſche d'Antigue, *Son. Voy.* p. 114. t. 70.
Antiguan Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 171. 20.

Habitat in *Luzonia*, *Panaya*; magnitudine *Collurionis*.
Mandibulæ ſuperioris apex elongatus et valde aduncus at non inferioris.

17. criſtatus. L. cauda cuneiformi, capite criſtato, corpore rufeſcente, ſubtus fulvo fuſcoque undulato.

Lanius criſtatus, *Lin. Syſt.* i. p. 134.—*Gmel. Syſt.* i. p. 298.
——— bengalenſis rufus, *Briſ.* ii. p. 173. 13.—*Id.* 8vo. i. p. 205.—*Klein. Av.* p. 54. 8.—*Ger. Orn.* i. p. 74. t. 57. f. 2.
Creſted red Butcher-bird, *Edw.* t. 54.
Creſted red Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 170. 18.

Habitat in *Bengala*; 6½ pollices longus. Pone oculos lunula nigra.
Variat *capite* criſtato, et abſque criſta.

18. canadenſis. L. cauda cuneiformi, capite criſtato, corpore rufeſcente ſubtus albido.

Lanius canadenſis, *Lin. Syſt.* i. p. 134. 4.—*Gmel. Syſt.* i. p. 298.—

Briſ.

Briſ. ii. p. 171. t. 18. f. 3.—*Id.* 8vo. i. p. 205.—*Ger. Orn.* i. p. 75. t. 62. f. 2.
Pie-grieſche huppé de Canada, *Buf.* i. p. 316.—*Pl. Enl.* 479. f. 2.
Creſted Shrike, *Arct. Zool.* ii. N° 129.—*Lath. Syn.* i. p. 182. 35.

Habitat in *Canada*; 6 pollices longus.
Criſta rufeſcens: *genæ* maculis albidis: *jugulum* rufeſcens maculis fuſcis: *remiges rectriceſque* nigricantes marginibus albis.

19. atricapillus. L. cauda cuneiformi et vertice cervice humeris aliſque nigris, corpore ſupra murino, ſubtus cæruleſcente-cinereo.
Lanius atricapillus, *Gmel. Syſt.* i. p. 302.—*Merrem. ic. Faſc.* ii. t. x.

Habitat in *Surinamo*; *Carduelis* magnitudine; longitudinem 5 pollicum vix ſuperans.
Alæ breves: *tectrices* alarum remigeſque ſecundariæ margine albo: *rectrices*, exceptis 2 intermediis, apice albo.

20. picatus. L. cauda cuneiformi, corpore albo nigroque vario, rectricibus omnibus apice albis.
Lanius Leverianus, *Gmel. Syſt.* i. p. 302.
Magpie Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 192. 49.—*Id. Sup.* p. 54.

Habitat in *America meridionali*; magnitudine *Turdi*; habitu *Picæ*; 10 pollices longus.
Roſtrum, caput, collum, pectus medium, *alæ, cauda* (excepto apice) *pedeſque* nigra: reliquæ partes albæ.

21. niger. L. cauda ſubcuneiformi, corpore nigricante, remigibus ſecundariis extus margine fuſcis.
Lanius niger, *Gmel. Syſt.* i. p. 301.
Black Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 187. 38.

Habitat in *Jamaica*; 7 pollices longus.

22. jocoſus. Lanius cauda cuneiformi, capite criſtato, corpore griſeo, palpebra inferiore purpurea, ano ſanguineo.
Lanius jocoſus, *Lin. Syſt.* i. p. 138. 24.—*Amæn. Ac.* iv. p. 258.—*Gmel. Syſt.* i. p. 310.
Merula ſinenſis criſtata minor, *Briſ.* ii. p. 255. 22. t. 21. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 229.
Le petit Merle huppé des Indes, *Son. Voy. Ind.* ii. p. 189. t. p. 109.

Le petit Merle huppé de la Chine, *Buf.* iii. p. 318.—*Pl. Enl.* 508.
Jocose Shrike, *Dixon's Voy.* t. p. 360.—*Lath. Syn.* i. p. 175. 26.

Habitat in *China*; 7½ pollices longus.
Rostrum rectius quam in reliquis, sed utrinque intra apicem emarginatum: *caput* nigrum: *gula* alba: *abdomen* albicans: *rectrices* 4 extimæ apice albæ.
Nomen apud Sinenses *Koo-kai-koon*, a Bengalensibus *Boulboul.*

β. L. capite cristato nigro, corpore fusco-ferrugineo subtus albo, prope oculos macula rubra, gula nigra, uropygio flavo, rectricibus apice albis.
Sitta chinensis, *Osb. It.* ii. p. 12.—*Gmel. Syst.* i. p. 442.
Chinese Nuthatch, *Lath. Syn.* ii. p. 655.

Habitat cum priore, cujus forte varietas, si non eadem avis?

23.
Emeria. L. subcristatus griseus, subtus albus, temporibus abdomine uropygioque rubris.
Lanius Emeria, *Lin. Syst.* i. p. 137. 23.—*Gmel. Syst.* i. p. 305.
Muscicapa Emeria, *Lin. Syst.* i. p. 326. 7.
Lanius bengalensis fuscus, *Bris.* ii. p. 175. 14.—*Id.* 8vo. i. p. 206.
Rouge-queue, *Buf.* i. p. 309.
Indian Redstart, *Edw.* t. 190.
Bengal Redstart, *Albin.* iii. t. 56.
Bengal Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 175. 25.

Habitat in *Bengala*; 5½ pollices longus.
Irides albidæ: *vertex* et *occiput* nigra: *abdomen* et *tectrices* superiores caudæ rubræ: ad latera colli maculæ aliquot nigræ: capitis pennas longiores solet sæpe in cristam erigere.

24.
senegalus. L. griseus subtus albidus, vertice fasciaque oculari nigris, rectricibus nigris apice albis.
Lanius senegalus, *Lin. Syst.* i. p. 137. 21.—*Gmel. Syst.* i. p. 304.
Lanius senegalensis cinereus, *Bris.* ii. p. 167. 10. t. 17. f. 1.—*Id.* 8vo. p. 203.—*Ger. Orn.* i. p. 75. t. 61. f. 1.
La Pie-griesche grise du Senegal, *Pl. Enl.* 297. f. 1.
Senegal Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 162. 6.

Habitat in *Senegala*; 9 fere pollices longus.
Remiges latere exteriore rufæ: *rectrices* 6, 6, fasciis obsolete fuscis, apice concolores.

† L. lutescens,

25. Schach. L. lutefcens, fronte alifque nigris.
Lanius Schach, *Lin. Syft.* i. p. 136. 14.—*Ofb. It.* p. 227.—*Gmel. Syft.* i. p. 303.
Chinefe Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 173. 22.

HABITAT in *China*.—Magnitudo *Tyranni*.
Caput et *collum* fupra grifeum : *collum* fubtus teftaceo-albidum : *dorfum* et *abdomen* pallide teftacea ; *remiges* nigræ, primores bafi albæ, fecundariæ apice albicantes.

26. bicolor. L. cauda fubæquali, fupra cæruleus fubtus albus, capiftro nigro.
Lanius bicolor, *Lin. Mant.* 1771. p. 524.—*Gmel. Syft.* i. p. 305.
Loxia madagafcarina, *Lin. Syft.* i. p. 306. 42.
Lanius madagafcarienfis cæruleus, *Brif.* i. p. 197. 26. t. 16. f. 3.—*Id.* 8vo. i. p. 212.—*Gerin. Orn.* i. p. 75. t. 60. f. 1.
La Pie-griefche bleue de Madagafcar, *Pl. Enl.* 298. f. 1.
Blue Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 178. 29.

HABITAT in *Madagafcaria*; victitans infectis; 6½ pollices longus.
Pennæ roftrum cingentes, *remiges* excepta bafi, *rectrices* extimæ nigra.
Femina a *mare* differt coloribus multo minus fplendentibus: *corpore* fubtus toto cinereo-albo : *alæ* longiores.

27. viridis. L. obfcure viridis fubtus albus, rectricibus lateralibus nigricantibus, latere exteriore viridi.
Lanius viridis, *Gmel. Syft.* i. p. 306.
——— madagafcarienfis minor viridis, *Brif.* ii. p. 195. 25. t. 15. f. 3.—*Id.* 8vo. p. 212.
Tcha-chert, *Buf.* i. p. 310.
Pie-griefche de Madagafcar, *Pl. Enl.* 32. f. 2.
Green Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 179. 30.

HABITAT cum præcedente; 6 pollices longus.
Alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt.

28. pacificus. L. niger, capite colloque virefcentibus, abdomine remigibus caudaque nigricantibus.
Lanius pacificus, *Gmel. Syft.* i. p. 306.
Pacific Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 164. 10.

HABITAT in infulis *Maris pacifici*; 11 pollices longus.
*Capitis colli*que pennæ valde anguftæ.

29. melanocephalus. L. olivaceus, capite nigro, cauda fafcia lata nigra apice flava.
Lanius melanocephalus, *Gmel. Syſt.* i. p. 309.
Black-headed Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 165. 12. t. 6.

Habitat in *inſulis Sanduicenſibus* maris auſtralis; 6 fere pollices longus.

30. ſeptentrionalis. L. fuſcus, gula et pectore cinereis, rectricibus 3 exterioribus extus apice albis.
Lanius ſeptentrionalis, *Gmel. Syſt.* i. p. 306.
Northern Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 165. 11.

Habitat in *America ſeptentrionali*; fere 8 pollices longus.
Pedes breves, plumbei.

31. pileatus. L. criſtatus cinerafcens, capite jugulo pectoreque nigris, tectricibus alarum albo faſciatis, cauda apice nigra.
Black-capped Shrike, *Lath. Syn. Sup.* p. 54.

Habitat in *Cayana*; 6 pollices longus.
In altero ſexu *vertex* nigricans abſque criſta: *jugulum pectuſ*que cinerafcentia.

32. brachyurus. L. ſupra cinereo-griſeus ſubtus flaveſcens, faſcia oculari nigra, ſuperciliis rectricibuſque lateralibus apice albis.
Lanius brachyurus, *Pall. It.* iii. p. 693. 5.—*Gmel. Syſt.* i. p. 309.
Short-tailed Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 166. 13.

Habitat in *Hungaria*, in rupeſtribus *Dauuriæ* rarior; magnitudine *Collurionis.*
Caput ſupra ferrugineo-griſeum: *uropygium* ferrugineum: *cauda* corpore brevior rotundata.

33. ferrugineus. L. nigricans, jugulo pectoreque albis, uropygio fuſco, abdomine criſſoque ferrugineis.
Lanius ferrugineus, *Gmel. Syſt.* i. p. 306.
Ferruginous-bellied Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 163. 8.—*Id. Sup.* p. 51.

Habitat ad *Caput B. Spei*; 9 pollices longus.

34. tabuenſis. L. olivaceo-fuſcus, jugulo pectoreque cinereis, abdomine flaveſcente-fuſco, remigibus nigris, cauda fuſca.

Lanius

Lanius tabuenſis, *Gmel. Syſt.* 1. p. 306.
Tabuan Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 164. 9.

HABITAT in inſula *Tongataboo* maris pacifici; 9 pollices longus.

35. rufus.

L. rufus ſubtus albidus, capite nigro-vireſcente.
Lanius rufus, *Lin. Syſt.* i. p. 137. 17.—*Gmel. Syſt.* i. p. 303.
——— madagaſcarienſis rufus, *Briſ.* ii. p. 178. 16. t. 18. f. 3.—*Id.* 8vo. p. 207.—*Ger. Orn.* i. p. 75. t. 59. f. 1.
Schet-bé, *Buf.* i. p. 313.
Pie-grieſche rouſſe de Madagaſcar, *Pl. Enl.* 298. f. 2.
Rufous Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 180. 31.

HABITAT in *Madagaſcaria*; 8 fere pollices longus.
Roſtrum, *pedes*, *ungueſ*que plumbei.
Femina coloribus minus ſplendentibus.

36. leucocephalus.

L. nigro-vireſcens, capite collo corporeque ſubtus albis.
Lanius leucocephalos, *Gmel. Syſt.* i. p. 307.
——— madagaſcarienſis major viridis, *Briſ.* ii. p. 193. 24. t. 19. f. 2.—*Id.* 8vo. p. 211.—*Ger. Orn.* i. p. 75. t. 59. f. 2.
Tcha-chert-bé, *Buf.* i. p. 314.
Grande Pie-grièche verdâtre de Madagaſcar, *Pl. Enl.* 374.
White-headed Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 180. 32.

HABITAT cum præcedente; 8 pollices longus.

37. albus.

L. albus, tectricibus alarum majoribus rectricibuſque nigris, faſcia alarum alba.
Lanius albus, *Gmel. Syſt.* i. p. 307.
Pie-grieſche de l'iſle de Panay, *Son. Voy.* p. 115. t. 72.
White Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 189. 42.

HABITAT in inſula *Panay*; *L. Rutilo* duplo major.

38. leucorynchos.

L. niger, roſtro pectore abdomine uropygioque albis.
Lanius leucorynchos, *Lin. Mantiſſ.* (1771.) p. 524—*Gmel. Syſt.* i. p. 305.
——— manillenſis, *Briſ.* ii. p. 180. 17. t. 18. f. 2.—*Id.* 8vo. p. 207.—*Ger. Orn.* i. p. 75. t. 62.
Pie-grieſche de Manille, *Pl. Enl.* 9. f. 1.—*Buf.* i. p. 310.
White-billed Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 181. 33.

HABITAT in *Manillis*; 7 pollices longus; cauda æqualis.

β. L. niger,

β. L. niger, abdomine uropygioque albis.
Lanius dominicanus, *Gmel. Syſt.* i. p. 307.
Pie-grieſche dominicaine, *Son. Voy.* p. 55. t. 26.
Dominican Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 181.

HABITAT in *Philippinis*; *Corvis* valde infeſtus. *Remiges* collapſæ ultra caudam porrigunt.

39. varius. L. cinereo-fuſcus, jugulo pectoreque flaveſcentibus, abdomine fuſco-albo, macula humerali alba.
Lanius varius, *Gmel. Syſt.* i. p. 307.
White-ſhouldered Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 190. 43.

HABITAT in *Braſilia*. *Frons* et *genæ* maculis pallidis.

40. panayenſis. L. fuſcus, capite gula jugulo pectore abdomineque rubris.
Lanius panayenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 307.
Pie-grieſche rouge de Panay, *Son. Voy.* p. 114. t. 70.
Panayan Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 182. 34

HABITAT in inſula *Panay*; magnitudine *Collurionis*. *Irides* igneæ.

41. ruber. L. ruber, alis caudaque ocellatis apice nigris.
Lanius ruber, *Gmel. Syſt.* i. p. 308.—*Bancr. Guian.* p. 154.
Red Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 192. 48.

HABITAT in *Surinamo*.

42. Pitangua. L. niger, ſubtus flavus, vertice ſtria fulva, faſcia oculari alba.
Lanius Pitangua, *Lin. Syſt.* i. p. 136. 15.—*Gmel. Syſt.* i. p. 303.
Pitangua-guacu, *Raii Syn.* p. 165. 1.—*Will.* p. 146. t. 38.—*Id.* (*Angl.*) p. 198.
Tyrannus braſilienſis, *Briſ.* ii. p. 401. 23. t. 36. 5.—*Id.* 8vo. i. p. 269.
Bentaveo ou Cuiriri, Tyran du Breſil, *Buf.* i. p. 579. t. 27.—*Pl. Enl.* 212.
Braſilian Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 187. 39.

HABITAT in *Braſilia*; 9 pollices longus. *Roſtrum* validum: pone et infra oculos macula fuſca: *gula* alba: *alæ* ſubtus flavæ.

L. fuſcus

43. fulphuratus. L. fufcus fubtus flavus, capite nigricante, fafcia ambiente albida.
Lanius fulphuratus, *Lin. Syft.* i. p. 137. 19.—*Gmel. Syft.* i. p. 304.
——— cayanenfis luteus, *Brif.* ii. p. 176. 15. t. 16. f. 4.—*Id.* 8vo. p. 206.—*Ger. Orn.* i. p. 74. t. 58. f. 1.
Becarde à ventre jaune, *Buf.* i. p. 312.—*Pl. Enl.* 296.
Yellow-bellied Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 188. 40.

HABITAT in *Cayana*; 9 fere pollices longus.
*Gula jugulum*que alba: fafcia alba, a fronte per oculos utrinque ducta ad nucham, caput nigrum cingit.

44. aurantius. L. fulvo-flavus, gula pectoreque rufefcentibus, capite fupra oculos nuchaque nigris, tectricibus alarum remigibus caudaque fufcis.
Orange Shrike, *Lath. Syn. Sup.* p. 57

HABITAT in *Cayana*; 7 pollices longus.
Roftrum nigrum; *pedes* cornei.

45. barbarus. L. niger fubtus ruber, vertice femoribufque fulvis.
Lanius barbarus, *Lin. Syft.* i. p. 137. 18.—*Gmel. Syft.* i. p. 304.
Lanius fenegalenfis ruber, *Brif.* ii. p. 185. 20. t. 17. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 209.—*Ger. Orn.* i. p. 75. t. 61. f. 2.
Le Gonolek, Pie-griefche du Senegal, *Buf.* i. p. 314.—*Pl. Enl.* 56.
Barbary Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 173. 23.

HABITAT in *Senegala*; 9 fere pollices longus.
Corpus fupra, *alæ*, *cauda* nigra, in quibufdam fufca, fubtus rubrum: *pileus* totus cum *nucha*, *femora*, *criffum*que flava.

46. madagafcarienfis. L. cinereus fubtus albidus, fuperciliis albis, loris nigris, rectricibus rufefcentibus.
Lanius madagafcarienfis, *Lin.* i. p. 137. 22.—*Gmel. Syft.* i. p. 305.—*Brif.* ii. p. 164. 9. t. 16. f. 1. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 203.
Le Cali-calic et le Bruia, *Buf.* i. p. 315.
La petite Pie-griefche de Madagafcar, *Pl. Enl.* 299. f. 1. 2.
Madagafcar Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 174. 24.

HABITAT in *Madagafcaria*; magnitudine *Pafferis*; 5 pollices longus.
Alarum *tectrices* fuperiores rufæ: *rectrices* maximam partem rufæ.
Mas gula juguloque nigro.

47. cayanus. L. cinereus, capite remigibus rectricibusque primoribus nigris.
Lanius cayanus, *Lin. Syst.* i. p. 137. 20.—*Gmel. Syst.* i. p. 304.—*Brif.* ii. p. 158. 6. t. 14. f. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 201.
Pie-griesche grise de Cayenne, *Pl. Enl.* 304.
Becarde, *Buf.* i. p. 311.
Cayenne Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 189. 41.

HABITAT in *Cayana*; magnitudine *Merulæ*; 8½ pollices longus.

β. Lanius cayanensis nævius.—*Brif.* ii. p. 160. 7.—*Id.* 8vo. i. p. 202.
Pie-grièche tachetée de Cayenne, *Pl. Enl.* 377.
Spotted Cayenne Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 189.

HABITAT cum priore. In hac ave pennæ cinereæ lineolis longitudinalibus nigris.

γ. Spotted Cayenne Shrike, *Lath. Syn. Sup.* p. 54.

Variat corpore minore, *fronte* flavescente, *abdomine* griseo unicolore, macula aurium rufa.

48. Nootka. L. niger, superciliis gula collari tectricibusque alarum majoribus albis, remigibus secundariis rectricibusque quatuor extimis apice albis.
Lanius Natka, *Gmel. Syst.* i. p. 309.
Natka Shrike, *Arct. Zool.* ii. N° 130.—*Lath. Syst. Sup.* p. 55.

HABITAT in sinu *Nootka Americæ septentrionalis*; 7¼ pollices longus. Supra oculos linea alba ad nucham protensa; infra hanc alia nigra. *Cauda* rotundata.

49. Boulboul. L. niger, pectore abdomineque cinerascentibus, alis fuscis fasciis duabus albidis.
Boulboul Shrike, *Lath. Syn. Sup.* p. 57.

HABITAT in *India*.—Magnitudo *T. Pilaris*.
Rostrum et *pedes* flavi.

50. doliatus. L. cauda rotundata, corpore albo nigroque confertim subfasciato.
Lanius doliatus, *Lin. Syst.* i. p. 136. 16.—*Mud. Ad. Fr.* ii. p. 12.—*Gmel. Syst.* i. p. 309.
Lanius cayanensis striatus, *Brif.* ii. p. 187. 21. t. 29. f. 3.—*Id.* 8vo. i. p. 210.
Pie-griesche rayée de Cayenne, *Pl. Enl.* 297. f. 2.

Black and white Butcher-bird, *Edw.* t. 226.—*Hist. Guian.* p. 154.
Pied Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 190. 44.

Habitat in *Cayana*; 6½ pollices longus.
Capitis pennæ longiores albæ, apice nigræ, quas dum erigit criftatus: *alæ* cum cauda nigræ, maculis tranfverfis albis.

51.
nævius. L. niger fubtus cinereus, dorfo alis caudaque albo maculatis.
Lanius nævius, *Gmel. Syst.* i. p. 308.
Spotted Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 190. 45.

Habitat cum præcedente, cui fimilis, at minor.

52.
obfcurus. L. nigricans, abdomine fuperciliifque albis.
Lanius obfcurus, *Gmel. Syst.* i. p. 308.
Dufky Shrike, *Lath. Syst.* i. p. 191. 46.

Habitat in *America?* Magnitudine præcedentis.
Rostrum corneum: *remiges* et *rectrices* corpore faturatiores.

53.
Tyrannus. L. cinereus fubtus albus, vertice nigro ftria longitudinali fulva.
Lanius Tyrannus, *Lin. Syst.* i. p. 136. 13.—*Gmel. Syst.* i. p. 302.—*Borowsk. Nat.* ii. p. 82. t. 4.
Mufcicapa Tyrannus, *Bris.* ii. p. 391. 18.—*Id.* 8vo. i. p. 267.
Le Tyran, *Pl. Enl.* 537.
Pica americana criftata, *Frisch.* t. 62.
Turdus corona rubra, *Klein. Av.* p. 69. 25.
Le Titiri, ou Pipiri, *Buf.* iv. p. 572.
Tyrant Shrike, *Lath. Syn.* i. p. 184. 37.

Habitat in *America*; magnitudine *Turdi*; 8 pollices longus. Menfe Aprilis *Virginiam* et *Carolinam* frequentat, et in eis prolem educat.
Capitis ftria verticalis e pennis fulvis apice nigricantibus: in *femina* ftria flava.

β. L. grifeo-fufcus fubtus albus, pectore cinerafcente, rectricibus extus et apice rufefcentibus.
Tyrannus dominicenfis, *Bris.* ii. p. 394. 19. t. 38. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 267.—*Gmel. Syst.* i. p. 302.
St. Domingo Tyrant, *Lath. Syn.* i. p. 185. 37. B.

Habitat in *Dominicensi insula.*

γ. L. cinereus subtus albus, capite caudaque nigris, rectricibus apice albis.
Lanius carolinensis, *Gmel. Syst.* i. p. 302.
Le Tyran de la Caroline, *Buf.* iv. p. 577.
Gobe-mouche de la Caroline, *Pl. Enl.* 676.
Tyrant of Caroline, *Cat. Car.* i. t. 55.—*Arct. Zool.* ii. N°. 263.—*Lath. Syn.* i. p. 186. 37. B.

HABITAT in *Carolina.*

δ. L. plumbeus subtus albus, remigibus albo marginatis, rectrice extima latere exteriore, omnibus apice albis.
Tyran de la Louisiane, *Buf.* iv. p. 579.
Louisiane Tyrant, *Lath. Syn.* i. p. 186. 37. C.
HABITAT in *Ludovicia.*

GENUS V. PSITTACUS.

Rostrum aduncum, mandibula superiore mobili, plerisque cera instructa.
Nares in rostri basi.
Lingua carnosa, obtusa, integra.
Pedes scansorii.

* Macrouri cauda cuneiformi.

1. Macao. Ps. macrourus ruber, remigibus supra cæruleis subtus rufis, genis nudis rugosis.
Psittacus Macao, *Lin. Syst.* i. p. 139.—*Gmel. Syst.* i. p. 312.—*Scop. Ann.* i. N° 21.—*Borowsk. Nat.* ii. p. 89. 2.
Ara brasiliensis, *Bris.* iv. p. 184. 1. t. 19. f. 1.—*Id.* 8vo. ii. p. 94.—*Ger. Orn.* i. p. 93. t. 102.
Psittacus maximus alter, *Raii Syn.* p. 29. 2.—*Will.* p. 73.—*Klein. Av.* p. 24. 1.
Ara rouge, *Buf.* vi. p. 179.—*Pl. Enl.* 12.
—— premier, *Descr. Surin.* ii. p. 173.
The other Maccaw of Aldrovandus, *Will. (Angl.)* p. 111.
Red and blue Mackaw, *Edw.* t. 158.—*Alb.* i. t. 11.—*Bancr. Guian.* p. 136.—*Lath. Syn.* i. p. 199. 1.

HABITAT

HABITAT in *America meridionali*; nidificat in arboribus cavis. Long. ped. 2. poll. 7½.

Corpus magnitudine *Gallinæ*, coccineum: *rostri* maxilla superior alba, inferior nigra: *tempora* nuda, alba, rugosa: *remiges*, imprimis exteriores, cæruleæ; tectricibus pluribus luteis: *cauda* longissima.

2.
Aracanga. Ps. macr. dilute coccineus, scapularibus luteis viridi terminatis, remigibus supra cæruleis subtus rufis, genis nudis coccineis.

Psittacus Aracanga, *Gmel. Syst.* i. p. 313.
Araracanga, *Raii Syn.* p. 29. 3.—*Will.* p. 73.—*Id. (Angl.)* p. 111.
Ara jamaicensis, *Bris.* iv. p. 188. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 95.
Psittacus capite cæruleo, *Klein. Av.* p. 24. 3.
Le petit Ara rouge, *Buf.* vi. p. 180.—*Pl. Enl.* 641.
Red and yellow Maccaw from Jamaica, *Alb.* ii. t. 17.—*Brown. Jam.* p. 472.—*Bancr. Guian.* p. 156.—*Lath. Syn.* i. p. 201. 2.

HABITAT in *Jamaica, Brasilia*; præcedente minor, cujus an pullus?

3.
militaris. Ps. macr. viridis, alis cæruleis, fronte caudaque rubris, genis nudis lineis plumosis.

Psittacus militaris, *Lin. Syst.* i. p. 139. 2.—*Gmel. Syst.* i. p. 313.
Largest Guiana Parrot, *Bancr. Guian.* p. 158.
Great green Maccaw, *Edw.* t. 313.
Military Maccaw, *Gent. Mag.* xlii. t. p. 505.—*Lath. Syn.* i. p. 202. 3.

HABITAT in *Guiana?*

Rostrum nigrum: *corpus* viride: *alæ* et *uropygium* cærulea: *cauda* rubra, cuneata, apicibus rectricum cæruleis: *frons* rubra.

4.
Ararauna. Ps. macr. supra cæruleus subtus luteus, genis nudis, lineis plumosis.

Psittacus Ararauna, *Lin. Syst.* i. p. 139. 3.—*Gmel. Syst.* i. p. 313.—*Scop. Ann.* i. N° 22.—*Borowsk. Nat.* ii. p. 88. 1. t. 5. A.
Psittacus maximus cyano-croceus, *Raii Syn.* p. 28. 1.—*Id.* 181. 5.—*Sloan. Jam.* ii. p. 296.—*Will.* p. 72. t. 15.—*Bris.* iv. p. 193. 4. t. 20.—*Id.* 8vo. ii. p. 96.—*Klein. Av.* p. 24. 4.—*Ger. Orn.* i. p. 94. t. 103.
L'Ara bleu, *Buf.* vi. p. 191.—*Pl. Enl.* 36.—*Descr. Surin.* ii. p. 174.
Blue and yellow Maccaw, Ararauna, *Will. (Angl.)* p. 110. i. p. 111. 4. t. 15.—*Edw.* t. 159.—*Alb.* ii. t. 17.—*Lath. Syn.* i. p. 204. 4.

HABITAT in *America meridionali*; magnitudine *Macao*.

Cauda lutea *feminæ*, rubra *maris*: nigra *rostrum* et *gula*: *palpebræ*

 serratæ

ſerratæ papillis nigris: *tempora* nuda, lineata punctis plumoſis cæruleo-nigris.

β. Pſ. macr. ſupra cyaneus ſubtus croceus, genis nudis candidis, rectricibus ſupra cyaneis ſubtus croceis.
Ara jamaicenſis cyaneo-crocea, *Briſ.* iv. p. 191. 3.—*Id.* 8vo. ii. p. 96.—*Brown Jam.* p. 272.
Pſittacus cæruleo-luteus, *Klein. Av.* p. 24. 2.
Blue maccaw, *Alb.* iii. t. 20.—*Lath. Syn.* i. p. 205. 4. A.

5. hyacinthinus. Pſitt. macr. violaceo-cæruleus, capite colloque dilutioribus, orbitis gulaque nudis flavis.

Magnitudo *Pſ. Araraunæ.*—2 ped. 4 poll. longus.

Roſtrum maximum toto nigrum: *caput* et *collum* cæruleum: *corpus* ſaturate-cæruleum ad violaceum vergens: *remiges rectriceſ*que cæruleo-violaceæ margine vireſcentes: *pedes* cinereo-nigricantes. Muſ. *D. Parkinſon.*

6. Makavouanna. Pſ. macr. viridis, genis nudis, ſubtus rufeſcens, abdomine vireſcente, remigibus cæruleis apicibus extus fuſcis.
Pſittacus Makawuanna, *Gmel. Syſt.* i. p. 314.
Perriche Ara, *Buf.* vi. p. 277.—*Pl. Enl.* 864.
Parrot Maccaw, *Lath. Syn.* i. p. 205. 5.

Habitat in *Cayana, Guiana.*—18 pollices longus.

7. ater. Pſ. macr. nigricans viridi-ſplendidiſſimus: roſtro oculiſque rubentibus, pedibus flavis.
Pſittacus ater, *Gmel. Syſt.* i. p. 314.
Ara noir, *Buf.* vi. p. 202.
Ararauna, ou Machao, *De Laet Deſcr des Ind. or.* p. 490.
Black Maccaw, *Lath. Syn.* i. p. 206.

Habitat in *Guianæ* incultis et montoſis.

8. obſcurus. Pſ. macr. fuſcus, genis nudis rubris, vertice cinereo-nigricante vario, cauda cinerea.
Pſittacus obſcurus, *Lin. Syſt.* i. p. 140. 4.—*Gmel. Syſt.* i. p. 314.—*Haſſelq. It.* p. 236. 18.—*Id. (Angl.)* p. 196.
Obſcure Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 206. 7.

Habitat

HABITAT in *Africa*; magnitudine *Cuculi*.

Capistrum nigrum: *irides* flavæ: *abdomen* cinereum lineis transversis griseis.

9. nobilis. Ps. macr. viridis, genis nudis, humeris coccineis.
Psitt. nobilis, *Lin. Syst.* i. p. 140. 5.—*Gmel. Syst.* i. p. 314.—*Mus. Adolph. Fr.* ii. p. 13.
Noble Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 207. 8.

HABITAT in *Surinamo*.

Corpus magnitudine *Turturis*: flexura alarum coccinea: *facies* nuda alba.

10. severus. Ps. macr. viridis, genis nudis, remigibus rectricibusque cæruleis, subtus purpurascentibus.
Psittacus severus, *Lin. Syst.* i. p. 140. 6.—*Gmel. Syst.* i. p. 315.—*Scop. Ann.* i. N° 23.—*Borowsk. Nat.* ii. p. 89. 3.
Ara brasiliensis viridis, *Bris.* iv. p. 198. 6.—*Id.* 8vo. ii. p. 98.
Ara brasiliensis erythrochlora, *Bris.* iv. p. 202. 7.—*Id.* 8vo. ii. p. 99.—*Ger. Orn.* i. p. 92. t. 101.
L'Ara vert, *Buf.* vi. p. 194. t. 8.—*Pl. Enl.* 383.
Maracana, *Raii Syn.* p. 29. 5.—*Will.* p. 74.—*Id (Angl.)* p. 112. 5. 6.
Brasilian green Maccaw, *Edw.* t. 229.—*Sloan. Jam.* ii. p. 297.—*Lath. Syn.* p. 208. 9.—*Id. Sup.* p. 58.

HABITAT in *Brasilia, Jamaica*.—17 pollices longus.

Genæ nudæ albæ lineis nigris: in exortu alæ macula rubra: *femora* supra genua rubra.

Variat *vertice* cæruleo, *fronte* fuscescente.

11. Eupatria. Ps. macr. viridis, subtus flavicans, collo inferiore cinerascente-viridi, tectricibus alarum minoribus macula rubra.
Psittacus Eupatria, *Lin. Syst.* i. p. 140. 7.—*Gmel. Syst.* i. p. 315.
Psittaca ginginiana, *Bris.* iv. p. 343. 64. t. 29. f. i.—*Id.* 8vo. ii. p. 136.
La grande Perruche à ailes rouges, *Buf.* vi. p. 156.
Perruche de Gingi, *Pl. Enl.* 239.
Gingi Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 209. 10.

HABITAT in *India* regno *Ginginiano*; magnitudine *Ps. Alexandri*.—21 pollices longus.

Caudæ longissimæ cuneiformis rectrices 2 intermediæ laterales multo excedunt: *rostrum* purpureo-coccineum: *pedes* rubentes.

12. japonicus. Ps. macr. viridis, subtus rectricibusque lateralibus ruber, remigibus cæruleis.

Psittacus japonicus, *Lin. Syst.* i. p. 141. 8.—*Gmel. Syst.* i. 315.—*Bris.* iv. p. 362. 71.—*Id.* 8vo. ii. p. 171.
Psitt. erythrochl. macr. *Raii Syn.* p. 34. 3.—*Will.* p. 77.—*Id.* (*Angl.*) p. 116. § 2.
La Perruche verte et rouge, *Buf.* vi. p 159.
Japonese Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 209. 11.

HABITAT in *Japonia australiore.*
Rostrum et *irides* rubræ: *gula* ferrugineo-rubra: *corpus* subtus lineis longitudinalibus nigris: macula cærulea ante et pone oculum: *cauda* corpore longior, rectricibus lateralibus rubris.

13. amboinensis. Ps. macr. coccineus, dorso cæruleo, alis macula viridi, rectricibus violaceis.

Psitt. amboinensis, *Lin. Syst.* i. p. 141. 9.—*Gmel. Syst.* i. p. 316.—*Bris.* iv. p. 378. 79. t. 28. f. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 146.
Le Lori Perruche tricolor, *Buf.* vi. p. 138.
Perruche rouge d'Amboine, *Pl. Enl.* 240.
Amboine red Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 210. 12.

HABITAT in *Amboina*; 15 pollices longus.
Rostrum et *pedes* rubri: rectrices 2 extimæ intus rubro marginatæ.

14. cyanocephalus. Ps. macr. viridis, capite gulaque cæruleis.

Psitt. cyanocephalus, *Lin. Syst.* i. p. 141. 10.—*Gmel. Syst.* i. p. 316.—*Bris.* iv. p. 359. 70. t. 19. f. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 140.—*Ger. Orn.* ii. p. 20. t. 129.
Perruche à tête bleue, *Buf.* vi. p. 145.—*Pl. Enl.* 192.
Blue-headed Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 211. 13.

HABITAT in *India.*—11½ pollices longus.
Rostrum pallidum: *orbitæ* nudæ flavicantes: *corpus* subtus viridi flavicans: *gula* violaceo-cinerea: *pedes* cærulescentes.

15. indicus. Ps. macr. viridis, capite gulaque cyaneis, macula in alis lutea, cauda cærulea subtus lutea.

Psitt. Alexandri, *Lin. Syst.* i. p. 142. 14. δ.—*Gmel. Syst.* i. p. 321. 14. ε.
Psitt. cyanoceph. indica, *Bris. App.* p. 129.—*Id.* 8vo. ii. p. 155.
Perruche à tête d'azur, *Buf.* vi. p. 148.
Blue-headed Parrot, *Edw.* t. 292.—*Lath. Syn.* i. p. 237. 37. D.

Habitat in *India*.

Roſtrum rubrum: *irides* aurantiæ: *orbitæ* nudæ incarnatæ.

16.

Oſbeckii. Pſ. macr. viridis, capite cæruleo flavoque vario, temporibus nigris, gutture pectoreque rubris, macula tectricum flava.

Pſittacus javanicus, *Oſb. It.* i. 101.—*Id. (Angl.)* 156.—*Gmel. Syſt.* i. p. 321.

Javan Parrakeet, *Lath. Syn.* i. p. 237. 37. E.

Habitat in *Java*.

Roſtrum rubrum, ſubtus flaveſcens; cera nigra.

17.

hæmatodus. Pſ. macr. viridis, pectore rubro, facie cærulea, lunula cervicis flava.

Pſitt. hæmatodus, *Lin. Syſt. Mant.* 1771. p. 524.—*Gmel. Syſt.* i. p. 316.

Pſitt. amboinenſis varia, *Briſ.* iv. p. 364. 72.—*Id.* 8vo. ii. p. 141.

La Perruche à face bleue, *Buf.* vi. p. 150.

Perruche d'Amboine, *Pl. Enl.* 61.

Red-breaſted Parrot, *Edw.* t. 232.—*Lath. Syn.* i. p. 212.

Habitat in *Amboina*.—15½ pollices longus.

Roſtrum carneum: *cera* flaveſcens: *capitis* pars poſtica fuſca: pennæ *pectoris* cæruleo marginatæ: *pedes* nigricantes.

β. Pſ. macr. viridis, pectore rubro flavo vario, capite gula abdomineque medio cæruleis.

Pſittacus moluccanus, *Gmel. Syſt.* i. p. 316. 50. β.

Perruche des Moluques, *Buf.* vi. p. 150.—*Pl. Enl.* 743.

Orange-breaſted Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 212. 14. A.

Habitat in *Moluccis* inſulis.

γ. Pſ. macr. viridis, pectore rubro flavo vario, capite gula abdomineque toto cæruleis.

Pſitt. novæ Hollandiæ, *Gmel. Syſt.* i. p. 316. 50. γ.

Blue-bellied Parrot, *Brown. Ill.* t. 7.—*Phyll. Voy. Bot. Bay*, t. p. 152.—*Lath. Syn.* i. p. 213. 14. B.

Habitat in *nova Hollandia*.

δ. Pſitt. præcedenti ſimilis, pennis ſcapularibus rubro flavoque maculatis, nuchæ margine rubentibus.

Blue-bellied Parrot, *Lath. Syn. Sup.* p. 59. C.

Habitat in *Nova Hollandia*. Muſ. *D. Davies*.

Pſ. macr.

18. atricapillus. Pf. macr. cæruleus, fubtus viridis rubro variegatus, pileo nigro, gula jugulo pectoreque rubris.
Pfitt. atricapillus, *Gmel. Syft.* i. p. 317.
Ara moluccenfis varia, *Brif.* iv. p. 197. 5.—*Id.* 8vo. ii. p. 97.
Pfittacus Loeri dictus, *Seb.* i. 63. t. 38. f. 4.—*Klein. Av.* p. 25. 16.
La grande Perruche à bandeau noir, *Buf.* vi. p. 158.
Black-crowned Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 213. 15.

HABITAT in *Moluccis*; 14 pollices longus.
Collum fuperius torque viridi et rubro cinctum: *rectrices* fupra virides fubtus rubræ.

19. tabuenfis. Pf. macr. viridis, capite collo corporeque fubtus purpureo-coccineis, cervice bafi lunula cærulea, remigibus rectricibufque cæruleis.
Pfitt. tabuenfis, *Gmel. Syft.* i. p. 317.
Tabuan Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 214. 16. t. 7.—*Cook's laft Voy.* i. p. 335.

HABITAT in *Infulis Amicis maris auftralis, Tongataboo.*—19 pollices longus.
Roftrum nigrum, *mandibula* inferiore bafi pennis viridibus cincta: *rectrices* margine virefcentes.

β. Pf. macr. viridis, capite collo corporeque fubtus coccineis, lunula cervicis uropygioque cæruleis, alis viridibus, cauda fufca.
Tabuan Parrot, *Phyll. Voy. Bot. Bay,* t. p. 153.

HABITAT in *Nova Wallia* auftrali; magnitudine prioris.
Roftrum fufcum: *caput, collum, corpuf*que fubtus læte coccinea: linea alarum viridi-flavefcens obliqua: pennæ mandibulæ inferioris coccineæ.

20. papuenfis. Pf. macr. ruber, alis caudaque viridibus, nucha cærulea, cervice lunulis 2 nigris, tectricibus femorum maculaque ad bafin alarum flavis.
Pfittacus papuenfis, *Gmel. Syft.* i. p. 317.
Petit Lori Papou, *Son. Voy.* p. 175. t. 111.
Papuan Lory, *Lath. Syn.* i. p. 215. 17.

HABITAT in *Papua.*—16 pollices longus.
*Roftrum pedef*que rubri: *dorfum* medium ftria longitudinali rubra, medio cærulea: *cauda* viridis, verfus apicem lutea.

β. Pf. tænia abdominis tranfverfa nigra margine viridi, *Gmel. Syft.* i. p. 317. 57. β.—*Lath. Syn.* i. p. 215. 17. A.

Variat

Variat *pectore* purpuraſcente, faſcia abdominali nigra viridi ſuperius marginata.

γ. Pſ. coccineus, dorſi parte poſteriore cæruleo-atra, macula inter alas viridi, *Gmel. Syſt.* i. p. 317. 57. γ.—*Lath. Syn.* i. p. 215. 17. B.

Cervix cæruleo-nigra, inter alas macula flava, dorſo cæruleo viridi vario, lateribus corporis femoribuſque luteis.

δ. Pſ. abdominis medio viridi, *Gmel. Syſt.* i. p. 317. 57. δ.—*Lath. Syſt.* i. p. 218. 17. C.

A primo variat *abdomine* medio viridi, *pectore* lunula interrupta flava.

21.
borneus. Pſ. macr. ruber, remigibus rectricibuſque apice viridibus, alis macula cærulea, orbitis fuſcis.
Pſittacus borneus, *Lin. Syſt.* i. p. 141. 11.—*Gmel. Syſt.* i. p. 318.
Pſitt. coccinea bonarum fortunarum inſulæ, *Briſ.* iv. p. 373. 77.—*Id.* 8vo. ii. p. 144.
Le Lori perruche rouge. *Buf.* vi. p. 137. 1.
Long-tailed ſcarlet Lory, *Edw.* t. 173.—*Lath. Syn.* i. p. 216. 18.

HABITAT in *India*; 9½ pollices longus.
Roſtrum aurantium: *orbitæ* nudæ et *pedes* fuſci: *vertex*, *cervix*, et *pectus* ad violaceum inclinant.

22.
coccineus. Pſ. macr. coccineus, ſubtus fuſco violaceoque varius, capite et collo ſuperioribus, pectore et tænia pone oculos cæruleo-violaceis, remigibus rectricibuſque violaceo-fuſcis.
Pſitt. indica coccinea, *Briſ.* iv. p. 376. 78. t. 25. 2. *Id.* 8vo. ii. p. 145.
——— indicus, *Gmel. Syſt.* i. p. 318.
Lori perruche violet et rouge, N° 2. *Buf.* vi. p. 138.
Perruche des Indes orientales, *Pl. Enl.* 143.
Indian Lory, *Lath. Syn.* i. p. 217. 19.

HABITAT in *Amboina*.—11 fere pollices longus.
Roſtrum rubicundum, apice nigro: *pedes* fuſci. In ave a *Buffonio* deſcripta, *remiges* primores flavæ.

23.
elegans. Pſ. macr. fuſcus, pennis rubro viridique marginatis, capite collo corporeque ſubtus coccineis, humeris remigum rectricumque marginibus cæruleis.

Pſitt. elegans, *Gmel. Syſt.* i. p. 318.
Beautiful Lory, *Lath. Syn.* i. p. 217. 20.

HABITAT in *Moluccis.*
Rectrices laterales apice albæ.

β. Pſ. viridis, capite collo pectoreque coccineis, *Lath. Syn.* i. p. 218. 20. A.

24.
guebienſis. Pſ. macr. coccineus, pectore interſcapuliis abdomineque purpureis, hoc ſaturatiore, remigibus nigris faſcia rubra.
Pſitt. guebienſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 318.
Petit Lori de Gueby, *Son. Voy.* 174. t. 109.—*Pl. Enl.* 684.
Lori rouge et violet, *Buf.* vi. p. 135.
Gueby Lory, *Lath. Syn.* i. p. 219. t. 21.

HABITAT in inſula *Gueby.*—9½ pollices longus.
Roſtrum et *irides* igneæ: faſcia alarum rubra: annulus purpureus a *cervice* ad *pectus* progrediens.

β. Pſitt. macr. coccineus, pectore abdomineque violaceis, ſcapularibus cæruleis, alis caudaque viridibus rubro mixtis.
Pſittacus janthinus, *Gmel. Syſt.* i. p. 319.
Perroquet violet, *Ferm. Surin.* ii p. 175.
Violet Lory, *Lath. Syn.* i. p. 220. 21. A.

HABITAT in *Amazonum* regione.
Roſtrum nigrum: *irides* aureæ. An diſtincta ſpecies?

25.
variegatus. Pſ. macr. coccineus, dorſo anteriore corporeque ſubtus purpureo-cæruleis, remigibus intus flavis, cauda viridi.
Pſitt. variegatus, *Gmel. Syſt.* i. p. 319.
Variegated Lory, *Lath. Syn.* i. p. 220. 22.

HABITAT in *India.*—11 pollices longus.
Roſtrum obſcurum: *tectrices* alarum inferiores rubro flavoque variegatæ: *rectrices* baſi intus rubentes, verſus apicem extus cæruleæ.

26.
Pennantii. Pſ. macr. coccineus, dorſo antico nigro coccineo undulato, lateribus corporis gulaque cæruleis, remigibus intus macula alba.
Pennantian Parrot, *Lath. Syn. Sup.* p. 61.

HABITAT in *nova Wallia auſtrali.*—15 pollices longus.

x *Tectrices*

Tectrices alarum minores cærulefcenti-virides.

Femina *vertice* fanguineo: *dorſo abdomine*que viridibus: *femoribus criſſo*que rubris. In utroque fexu rectrices laterales apice albæ.

β. Pſ. macrourus coccineus, dorſo nigro rubro undulato, gula alis caudaque cæruleis, medio alarum faſcia pallidiore.
Pennantian Parrot, *Phyll. Bot. Bay*, t. p. 154.

Habitat cum præcedente, cui magnitudine æqualis.—16 pollices longus.

Roſtrum corneo-cæruleum: *caput*, *collum*, *corpus* fubtus, *uropygium*que coccinea: *dorſum* pennis nigris margine rubris: *tectrices* alarum interiores nigræ, exteriores pallide cæruleæ, unde faſcia alarum obliqua: *remiges* et *rectrices* nigricantes extus cæruleæ, rectricibus 3 extimis utrinque a medio ad apicem cano-cærulefcentibus: *pedes* grifei.

27. novæ Guineæ. Pſ. macr. cæruleo-nigricans nitidus, orbitis nudis fuſcis, cauda fubtus rubra.
Pſitt. novæ Guineæ, *Gmel. Syſt.* i. p. 319.
Lori noir de la nouvelle Guinée, *Son. Voy.* p. 175. 10.—*Forreſt. Voy.* p. 133.
Black Lory, *Lath. Syn.* i. p. 221. 23.

Habitat in *nova Guinea.*

Roſtrum et *pedes* nigricantes: *irides* dicolores, circulus exterior cæruleus, interior rubro-fuſcus.

28. ornatus. Pſ. macr. luteo-viridis, occipite gula pectoreque rubris, vertice cruribufque cæruleis, orbitis cinereis.
Pſitt. ornatus, *Lin. Syſt.* i. p. 143. 19.—*Gmel. Syſt.* i. p. 324.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 94. 16.
Pſitt. indica varia, *Briſ.* iv. p. 366. 73.—*Id.* 8vo. ii. p. 142.
Avis paradiſiaca orientalis, *Seb.* i. p. 95. t. 60. f. 2. 3.—*Klein. Av.* p. 64.
La Perruche Lori, *Buf.* vi. p. 145.
——— variée des Indes, *Pl. Enl.* 552.
Lory Parrakeet, *Edw.* t. 174. *Lath. Syn.* i. p. 221. 24.

Habitat in *India.*—8 pollices longus.

Roſtrum et *irides* aurantia: *cera* fuſceſcens: *cauda* fubtus rubicunda: *pedes* cinerei.

29. Bontii. Pſ. macr. coccineus, gula griſea, alis et ſcapularibus viridi variis, rectricibus lateralibus roſeis apice cæruleis.
Pſitt. javanicus, *Gmel. Syſt.* i. p. 319.
Pſitt. javenſis criſtata coccinea, *Briſ.* iv. p. 381. 80.—*Id.* 8vo. ii. p. 146.
Pſitt. parvus Bontii, *Raii Syn.* p. 34. 5.—*Will.* p. 81.
La Perruche huppée, *Buf.* vi. p. 160.
Bontius's ſmall Parrakeet, *Will.* (*Angl.*) p. 120. 7.
Creſted red Parrakeet, *Lath. Syn.* i. p. 223. 25.

Habitat in *Java*; magnitudine *Alaudæ*.
Roſtrum griſeum: *oculi* nigri, orbitis argenteis: *cera* albida.

30. Jendaya. Pſ. macr. viridis, capite collo abdomineque flavis.
Pſitt. Jendaya, *Gmel. Syſt.* i. p. 319.
Pſittac. braſilienſis lutea, *Briſ.* iv. p. 399. 91.—*Id.* 8vo. ii. p. 152.
Jendaya, *Raii Syn.* p. 34. 5.—*Will.* p. 78.—*Id.* (*Angl.*) p. 116.—*Buf.* vi. p. 262.
Yellow-headed Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 224. 26.

Habitat in *Braſilia*; magnitudine *Merulæ*.
Roſtrum et *pedes* nigri: *irides* aureæ: *orbitæ* nudæ, albæ: *abdomen* poſticum viride.

31. ſolſtitialis. Pſ. macr. luteus, alarum tectricibus viridibus, orbitis rubris, rectricibus lateralibus extus cæruleis.
Pſ. ſolſtitialis, *Lin. Syſt.* i. p. 141. 12.—*Gmel. Syſt.* i. p. 320.
Pſitt. aurantius, *J. F. Miller Ill.* t. 5.
Pſitt. angolenſis lutea, *Briſ.* iv. p. 371. 76.—*Id.* 8vo. ii. p. 144.
Pſitt. croceus, *Klein. Av.* p. 25. 15.
—— luteus, cauda longa, *Friſch.* t. 53.
Perruche jaune, *Buf.* vi. p. 147.
Angola yellow Parrot, *Alb.* iii. t. 13.—*Lath. Syn.* i. p. 224. 27.

Habitat in *Angola*.—11½ pollices longus.
Roſtrum cinereo-vireſcens, cera cinerea: *irides* flavæ: *dorſum* maculis flavo-viridibus: *tectrices* alarum exteriores margine cæruleæ: *rectrices* 6 intermediæ utrinque flavicanti-virides: *pedes* et *orbitæ* rubicundæ

32. luteus. Pſ. macr. luteus, remigibus majoribus viridibus.
Pſitt. braſilienſis lutea, *Briſ.* iv. p. 369. 74.—*Id.* 8vo. ii. p. 143.
Pſitt. Guarouba, *Gmel. Syſt.* i. p. 320.

Pſitt.

Psitt. flavus, alis et cauda viridescentibus, *Ger. Orn.* ii. p. 18. t. 122.
Le Guarouba, ou Perriche jaune, *Buf.* vi. p. 272.
Perruche jaune de Cayenne, *Pl. Enl.* 525.
Quijubatui, *Raii Syn.* p. 35. 9.—*Will.* p. 78.—*Id. (Angl.)* 117. § 4.
Brasilian yellow Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 225. 28.

Habitat in *Brasilia.*—11 pollices longus.
Rostrum griseum : *oculi* nigri. In juniore ave *dorsum* et *alæ* maculis aliquot viridibus conspersæ, et *rectrices* viridi margine contaminatæ.

β. Psitt. macr. luteus, capite rubescente, collo aurantio-rubro, tectricibus alarum viridi rubro et aurantio variegatis, remigibus viridibus.
Psitt mexicana lutea, *Bris.* iv. p. 370. 75.—*Id.* 8vo. ii. p. 143.
Avis cocho, Psitt. mexic. species, *Seba,* i. t. 64. f. 4.
Psitt. flavus maculis subviridibus consperfus, fronte albida, *Ger. Orn.* i. p. 95. t. 111?
Mexican yellow Parrot, *Lath. Syst.* i. p. 226. 28. A.

Habitat in *Mexico.*—*Rostrum* rubicundum.

33. carolinensis. Ps. macr. viridis, capite collo genibusque luteis.
Psitt. carolinensis, *Lin. Syst.* i. p. 141. 13.—*Gmel. Syst.* i. p. 320.—*Scop. Ann.* i. N° 25.—*Bris.* iv. p. 350. 67.—*Id.* 8vo. ii. p. 138.—*Klein. Av.* p. 25. 19.
Perriche à tête jaune, *Buf.* vi. p. 274.
Perroquet, N° 7, *Ferm. Surin.* ii. p. 176.
Carolina Parrot, *Catef. Car.* i. t. 11.—*Arct. Zool.* ii. N° 132.—*Lath. Syn.* i. p. 227. 29.—*Id. Sup.* p. 59.

β. Psitt. viridis, capite luteo, versus rostrum rubro.
Psitt. Ludovicianus, *Gmel. Syst.* i. p. 347.
—— viridis, capite luteo, fronte rubra, *Frisch.* t. 52.—*Klein. Av.* p. 25. 14.—*Ger. Orn.* ii. p. 17. t. 121.
Papegai à tête aurore, *Buf.* vi. p. 247.—*Du Pratz Voy.* ii. p. 128.
Perruche de la Caroline, *Pl. Enl.* 499.
Orange-headed Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 304. 111.

Habitat in *Guiana*; gregarius; autumnali tempore in *Carolinam* et etiam in *Virginiam* migrat.—13 pollices longus.
Rostrum albo-flavescens : *pedes* albi.

Ps. macr.

34.
pertinax. Pſ. macr. viridis, ſubtus flavicans, genis fulvis, remigibus rectricibuſque canefcentibus.

Pſitt. pertinax, *Lin. Syſt.* i. p. 145. 15.—*Muſ. Ad. Fr.* i. p. 14.—*Gmel. Syſt.* i. p. 322.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 94. 15.
Pſitt. illiniaca, *Briſ.* iv. p. 353. 68.—*Id.* 8vo. ii. p. 138.
—— viridis malis croceis, *Klein. Av.* p. 25. 20.—*Friſch.* t. 54.
Tui Aputejuba, *Raii Syn.* p. 34. 2.—*Id.* 181. 6.—*Will.* p. 78.—*Id. (Angl.)* 116. § iv.
Perruche illinoiſe, Aputejuba, *Buf.* vi. p. 269. t. 13.—*Pl. Enl.* 528.
Yellow-faced Parrot, *Edw.* t. 234.
Illinois Parrot, *Arct. Zool.* ii. N° 133.—*Lath. Syn.* i. p. 228. 30.

HABITAT in *America*; magnitudine præcedentis, et ſimiliter gregarius; a *Braſilia* et *Guiana* verſus ſeptentrionalem migrans, nidum in habitaculis *termitum* ſtruit, et iis victitat.—13 pollices longus.

Roſtrum cinereum: *irides*, *frons*, *genæ*, et aliquando *occiput* flavo-aurantia.

35.
erythropygius. Pſ. macr. viridis, capite colloque flavis, criſſo coccineo, remigibus rectricumque apice cæruleis.

Pſitt. Leverianus, *Gmel. Syſt.* i. p. 322.
Crimſon-vented Parrot, *Lath. Syn.* i. p. 229. 31.

HABITAT in *Aſia*; magnitudine fere *Pſ. æſtivi.*

36.
γ. Or. viridi-nigricans, capite gula remige exteriore femoribus ſtrigiſque pectoris albis.

Oriolus Hudſonius, *Gmel. Syſt.* i. p. 387.

Hudſonian white-headed Oriole, *Arct. Zool.* ii. N° 148.—*Lath. Syn. Sup.* p. 88. ſect. 2.

Habitat cum priore.—8½ pollices longus.

Or. niger,

5. orizyvorus. Or. niger, capite collo pectoreque purpureo-nitentibus.
Oriolus orizyvorus, *Gmel. Syst.* i. p. 386.
Rice Oriole, *Lath. Syn.* ii. p. 423. 5.

HABITAT in *Cayana.*—9 pollices longus.

6. ferrugineus. Or. niger pennis ferrugineo marginatis, capite cerviceque purpurascentibus, abdomine obscuro, macula per oculos ad nucham nigra.
Oriolus ferrugineus, *Gmel. Syst.* i. p. 393.
Rusty Oriole, *Arct. Zool.* ii. N° 156.—*Lath. Syn. Sup.* p. 89.

HABITAT in *America septentrionali.*—7-8 poll. longus.—Migratoria.
Rostrum et *pedes* obscuri: *alæ* et *cauda* viridi-nitentes.

7. Icterus. Or. fulvus, capite jugulo dorso remigibusque nigris, macula alarum alba.
Oriolus Icterus, *Lin. Syst.* i. p. 161. 4.—*Gmel. Syst.* i. p. 384.—*Bris.* ii. 86. 1. t. 8. f. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 178.
Coracias Xanthornus. *Scop. Ann.* i. N° 42.
Pica luteo-nigra varia, *Sloan. Jam.* p. 301. t. 259. 4.—*Raii Syn.* p. 181. 10.—*Klein. Av.* p. 63. 10.
Turdus oculis cæruleis, *Klein. Av.* p. 69. 20.
——— luteo-niger, gutture pilofo, &c. *Klein. Av.* p. 70. 33.
Guira-tangeima, *Raii Syn.* p. 45. 6.—*Will.* p. 97. t. 23.—*Id.* (*Angl.*) p. 141.
Troupiale, *Buf.* iii. p. 203. t. 16.—*Pl. Enl.* 532.
Yellow and black Pye, *Catef. Car. App.* t. 5.
Banana-Bird from Jamaica, *Alb.* ii. t. 40.—*Brown. Jam.* p. 447.
Icteric Oriole, *Lath. Syn.* ii. p. 424. 6.

HABITAT in *America* calidiore, insulisque *Antillis.*—9½ pollices longus.—*Nidos* egregios exstruunt hæ aves cylindraceæ figuræ, e virgultis perquam artificiose contextis, eosque appendunt magno numero extremitatibus ramorum.
Rostrum et *pedes* nigricantes: *orbitæ* nudæ cærulescentes: *irides* flavicantes.

8. novæ Hispaniæ. O. luteus, capite gula alis rectricibusque nigris, tectricibus alarum majoribus apice luteis.
Oriolus novæ Hispaniæ, *Gmel. Syst.* i. p. 385.
Icterus mexicanus, *Bris.* ii. p. 88. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 179.

§ Acolchichi,

Acolchichi, *Seb.* i. p. 90. t. 55. f. 4.—*Buf.* iii. p. 206.
Mexican Oriole, *Lath. Syn.* ii. p. 425. 7.

HABITAT in *Mexico*; magnitudine præcedentis.
Roſtrum flavum.

9.
annulatus. O. flavus, capite colloque nigris, remigibus nigris luteo marginatis, cauda nigricante annulata.
Oriolus annulatus, *Gmel. Syſt.* i. p. 385.
Icterus cauda annulata, *Briſ.* ii. p. 89. 3.—*Id.* 8vo. i. p. 179.
Cornix flava, *Klein. Av.* p. 59. 8.
Avis Ocotzinitzcan, *Seb.* i. p. 97. t. 63. f. 3.
Arc-en-queue, *Buf.* iii. p. 207.
Ring-tailed Oriole, *Lath. Syn.* ii. p. 425. 8.

HABITAT in *America*; *Columbæ* magnitudine.
Roſtrum flavum: *pedes* griſei.

10.
braſilienſis. O. flavus, pectore maculato, capite dorſoque fuſcis nigro maculatis, abdomine albo, cauda aliſque fuſcis apice albis.
Oriolus braſilianus, *Gmel. Syſt.* i. p. 385.
Icterus braſilienſis, *Briſ.* ii. p. 93. 8.—*Id.* 8vo. i. p. 181.
Muſcicapa e fuſco et luteo varia, *Sloan. Jam.* p. 309. 43.—*Raii Syn.* p. 186. 35.
Braſilian Oriole, *Lath. Syn.* ii. p. 426. 9.

HABITAT in *Jamaicæ* dumetis.—4 pollices longus.

11.
Japacani. O. fuſco nigroque ſubtus albo flavoque varius, lineis tranſverſis nigricantibus, capite caudaque nigricantibus.
Oriolus Japacani, *Gmel. Syſt.* i. p. 385.
Luſcinia pullo-lutea, *Klein. Av.* p. 75. 13.
Japacani, *Raii Syn.* p. 84. 12.—*Will.* p. 173.—*Id.* (*Angl.*) 240.—*Buf.* iii. p. 208.—*Lath. Syn.* ii. p. 426. 10.

HABITAT in *Braſilia*.—8 pollices longus.
Roſtrum nigrum: *irides* aureæ: *pedes* obſcuri.

12.
Coſtototl. O. niger, pectore abdomine criſſo caudaque fulvis nigro variegatis, tectricibus alarum ſubtus albo nigroque variis.
Oriolus Coſtototl, *Gmel. Syſt.* i. p. 385.
Xochitototl, *Raii Syn.* p. 167. 11.

Coztototl, *Raii Syn.* p. 90. 4. *(junior.)*
Icterus novæ Hispaniæ, *Bris.* ii. p. 95. 10.—*Id.* 8vo. i. p. 182.
Xochitol et Costotol, *Buf.* iii. p. 210.
New Spain Oriole, *Lath. Syn.* ii. p. 427. 11.

HABITAT in *nova Hispania*; magnitudine *Sturni.*
Junior avis flava, apicibus alarum nigris: *rectrices* partim croceæ, partim nigræ.

13. cinereus. O. flavo nigroque varius, dorso femoribus abdomineque cinereis.
Oriolus cinereus, *Gmel. Syst.* i. p. 386.
Icterus cinereus, *Bris.* ii. p. 96. 11.—*Id.* 8vo. i. p. 181.
Ococolin, *Raii Syn.* p. 163.
Tocolin, *Buf.* iii. p. 213.
Grey Oriole, *Lath. Syn.* ii. p. 427. 12.

HABITAT in nemoribus *novæ Hispaniæ*; magnitudine *Sturni.*

14. phœniceus. O. niger, alarum tectricibus fulvis.
Oriolus phœniceus, *Lin. Syst.* i. p. 161. 5.—*Gmel. Syst.* i. p. 386.
Icterus pterophœniceus, *Bris.* ii. p. 97. 12.—*Id.* 8vo. i. p. 182.
Sturnus niger, alis superne rubentibus, *Klein. Av.* p. 64. 2.
Pterophœniceus Indiarum, *Will.* p. 302.
Le Commandeur, *Buf.* iii. p. 214.
Le Troupiale à ailes rouges, *Pl. Enl.* 402.
Acolchichi, *Raii Syn.* p. 166. 6.
Scarlet-feathered Indian Bird, *Will. (Angl.)* p. 391.
Red-winged Starling, *Catesf.* i. t. 13.—*Alb.* i. t. 38.—*Du Pratz.* ii. 91.—*Kalm. Tr.* t. p. 291.
Red-winged Oriole, *Arct. Zool.* ii. N° 140.—*Lath. Syn.* ii. p. 428. 13.

HABITAT in *America septentrionali*, gregibus numerosissimis; victitans oryza, insectis, vermibus; magnitudine *Sturni.*—8-9 pollices longus.
Cauda rotundata: *corpus* totum nigrum, exceptis alarum tectricibus fulvis s. rubris.

15. americanus. O. niger, gula jugulo pectoreque ruberrimis, margine alarum rubro.
Oriolus americanus, *Gmel. Syst.* i. p. 386.
Merula indica, pectore cinnabarino, *Raii Syn.* p. 67. 10.—*Will.* p. 143. 7.—*Klein. Av.* p. 69. 24.

Troupiale

Troupiale de Cayenne, *Buf.* iii. p. 218.—*Pl. Enl.* 236. 2.
Red-breasted Indian Blackbird, *Will. (Angl.)* p. 194. 7.
——— Oriole, *Lath. Syn.* ii. p. 430. 14.

HABITAT in *Guiana*, *Cayana*.—7 pollices longus.

β. O. niger, vertice gula jugulo pectore margineque alarum rubris.
Mocking-bird of Guiana, *Bancr. Guian.* p. 177.

Rostrum incarnatum.

16. guianensis. O. nigricans, pennis margine griseis, pectore colloque subtus rubris.
Oriolus guianensis, *Lin. Syst.* i. p. 162. 9.—*Gmel. Syst.* i. p. 388.
Icterus guianensis, *Bris.* ii. p. 107. 18. t. 11. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 185.
Troupiale de la Guiane, *Buf.* iii. p. 218.—*Pl. Enl.* 536.
Guiana Oriole, *Lath. Syn.* ii. p. 430. 15.

HABITAT in *Guiana*.—Ultra 7 pollices longus.
Humeri rubri: in quibusdam *abdomen* rubrum: in paucis carneum. An sexus alter, vel præcedentis junior?

17. ruber. O. cinnabarinus, abdomine remigibus rectricibusque nigro-sericeis.
Oriolus ruber, *Gmel. Syst.* i. p. 388.
Troupiale rouge d'Antigue, *Son. Voy.* p. 113. t. 68.
Red Oriole, *Lath. Syn.* ii. p. 431. 16.

HABITAT in *Antigua* insulæ *Panay*; magnitudine *Merulæ*.
Rostrum et *pedes* nigricantes: *irides* igneæ.

18. mexicanus. O. nigricans, subtus capiteque luteus.
Oriolus mexicanus, *Lin. Syst.* i. p. 162. 8.—*Gmel. Syst.* i. p. 388.
Icterus fuscus novæ Hispaniæ, *Bris.* ii. p. 105. 17.—*Id.* 8vo. i. p. 185.
Troupiale jaune à calotte noire, *Buf.* iii. p. 222.—*Pl. Enl.* 533.
Black-crowned Oriole, *Lath. Syn.* ii. p. 431. 17.

HABITAT in *Mexico*, *Cayana*.—8¼ pollices longus.
Rostrum et *pedes* flavescentes: *vertex* fusco-nigricans.

19. flavus. O. flavus, cervice dorso alis caudaque sericeo-nigris.
Oriolus flavus, *Gmel. Syst.* i. p. 389.
Troupiale jaune d'Antigue, *Son. Voy.* p. 113. t. 69.
Antiguan yellow Oriole, *Lath. Syn.* ii. p. 432. 18.

HABITAT cum præcedente, et in *America auſtrali*; magnitudine *Merulæ*.

Roſtrum et *pedes* nigri: *oculi* rubri.

20.
Baltimore. O. nigricans, ſubtus faſciaque alarum fulvus.
Oriolus Baltimore, *Lin. Syſt.* i. p. 162. 10.—*Gmel. Syſt.* i. p. 389.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 115. t. 11.
Icterus minor, *Briſ.* ii. p. 109. 19. t. 12. f. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 186.
——— ex auro nigroque varius, *Klein. Av.* p. 68. 15.
Le Baltimore, *Buf.* iii. p. 231.—*Pl. Enl.* 506. f. 1.
Baltimore Bird, *Arct. Zool.* ii. p. 142. t. 12.—*Cateſ. Car.* i. t. 48.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 115. t. 73.—*Lath. Syn.* ii. p. 432. 19.

HABITAT in *America ſeptentrionali*.—7 pollices longus.—Migratoria. *Nidus* e bifurcatura ramorum, inſtar Marſupii, dependens.

Roſtrum plumbeum: *tectrices* alarum majores apice albo: *remiges* primores margine albo: *rectrices* 2 intermediæ nigræ, reliquæ nigro fulvoque dimidiatæ.

21.
ſpurius. O. niger, ſubtus fulvus, faſcia alarum alba.
Oriolus ſpurius, *Gmel. Syſt.* i. p. 389.
Icterus minor ſpurius, *Briſ.* ii. p. 111. 20. t. 10. f. 3.—*Id.* 8vo. i. p. 186.
Turdus minor gutture nigro, *Klein. Av.* p. 68. 14.
Le Baltimore baſtard, *Buf.* iii. p. 233.—*Pl. Enl.* 506. 2.
Baſtard Baltimore, *Arct. Zool.* ii. N° 143.—*Cat. Car.* i. t. 49.—*Lath. Syn.* ii. p. 433. 20.

HABITAT in *America ſeptentrionali*; magnitudine præcedentis.
Nidus ex arbore pendulus.

22.
Textor. O. fulvo-luteus, capite fuſco-aureo, remigibus rectricibuſque nigris margine fulvis.
Oriolus textor, *Gmel. Syſt.* i. p. 390.
Cap-more, *Buf.* iii. p. 226.
Troupiale du Senegal, *Pl. Enl.* 375. *(mas.)*—*Id.* 376. *(femina.)*
Weever Oriole, *Lath. Syn.* ii. p. 435. 21.

HABITAT in *Senegala*; magnitudine *Galbulæ*.
Roſtrum corneum: *irides* fulvæ.—*Junior avis capite gula jugulo*que flavis, *cervice* fuſco, *abdomine femoribuſ*que albis. *Avis adultæ caput* per hyemem flavum.

O. fulvus,

23.
Bonana. O. fulvus, capite pectoreque castaneis, dorso remigibus rectricibusque nigris.
Oriolus Bonana, *Lin. Syst.* i. p. 162. 12.—*Gmel. Syst.* i. p. 390.—*Borowsk. Nat.* ii. p. 117. 4.
Xanthornus, *Bris.* ii. p. 115. 22. t. 12. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 187.
Icterus minor nidum suspendens, *Sloan. Jam.* p. 299. 16. t. 257. 1.—*Id.* 300. 17. t. 258. 3.—*Raii Syn.* p. 184. 27.
Turdus minor varius, *Klein. Av.* p. 68. 13.
Xochitototl altera, *Raii Syn.* p. 167. 12.
Le Carouge, *Buf.* iii. p. 243.—*Pl. Enl.* 535. f. 1.
Bonana Bird, *Brown. Jam.* p. 477.—*Lath. Syn.* ii. p. 436. 22.

Habitat in *America meridionali* et *Antillis*.—7 pollices longus.
Nidus e foliorum fibrillis intertextis conflatur, quartam globi partem efformans sub folio *Musæ*, ita ut nidus in uno latere folio ipso constet.

24.
nidipendulus. O. rubro-fuscus, alis albo variis, pectore abdomine colloque lateribus testaceo-ferrugineis, medio linea nigra.
Oriolus nidipendulus, *Gmel. Syst.* i. p. 390.
Icterus minor nidum suspendens, *Sloan. Jam.* p. 300. 17. t. 258. f. 3.—*Raii Syn.* p. 184.
Hang-nest Oriole, *Lath. Syn.* i. p. 437. 23.

Habitat in *Jamaicæ* sylvis. Suaviter cantillat. Nidum ex arborum altarum extremis ramis construit.

25.
castaneus. O. niger, dorso infimo uropygio corporeque subtus castaneo-ferrugineis, remigibus secundariis albo marginatis.
Oriolus varius, *Gmel. Syst.* i. p. 390.
Le Carouge de Cayenne, *Pl. Enl.* 607. 1.
Bastard Baltimore female, *Catesf. Car.* i. t. 49. fig. inf.
Chesnut and black Oriole, *Lath. Syn.* ii. p. 437. 24.

Habitat in *Cayana*.—6 pollices longus.
Rostrum et *pedes* cæruleo-atra. Variat *capite* et *cervice* nigricante virescenteque variegatis; *gula juguloque* nigris; *pectore* castaneo; *abdomine* flavescente; *remigibus rectricibusque* nigricantibus albo marginatis. An sexus alter?

26.
Xanthorus. O. luteus, gula remigibus rectricibusque nigris.
Oriolus Xanthorus, *Lin. Syst.* i. p. 162. 3.—*Gmel. Syst.* i. p. 391.

Xanthornus

Xanthornus mexicanus, *Briſ.* ii. p. 118. 23. t. 11. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 183.
Ayoquantototl, *Raii Syn.* p. 171.—*Seb.* ii. p. 102. t. 96. 5.—*Klein. Av.* p. 54. 7.
Carouge du Mexique, *Pl. Enl.* 5. f. 1.
Le petit Cul-jaune de Cayenne, *Buf.* iii. p. 247.
Leſſer Bonana Bird, *Edw.* t. 243.—*Lath. Syn.* ii. p. 438. 25.

Habitat in *Jamaica* et *Mexico.*—7½ pollices longus.

Roſtrum et *pedes* nigricantes: *tectrices* alarum nigræ, plurimæ margine, remiges intus, baſin verſus albæ.

27. dominicenſis. O. niger, corpore poſtico tectricibus alarum maculaque luteis.
Oriolus dominicenſis, *Lin. Syſt.* i. p. 163. 14.—*Gmel. Syſt.* i. p. 391.
Xanthornus dominicenſis, *Briſ.* ii. p. 121. 25. t. 12. f. 3.—*Id.* 8vo. i. p. 189.
Carouge de St. Domingue, *Buf.* iii. p. 347.—*Pl. Enl.* 5. f. 2.
St. Domingo Oriole, *Lath. Syn.* ii. p. 439. 26.

Habitat in *Mexico, Jamaica,* et *Sti. Dominici* inſula.—*Nidum* penſile, Marſupii inſtar, e ramulis arborum conſtruit.—8 pollices longus.

Dorſum poſticum, *abdomen, pedeſ*que lutei; ut et faſcia alarum e tectricibus.

28. Jamacaii. O. flavus, capite collo ſubtus remigibus rectricibuſque nigris, dorſo faſcia nigra, tectricum macula alba.
Oriolus Jamacaii, *Gmel. Syſt.* i. p. 391.—*Raii Syn.* p. 75. 4.—*Will.* p. 173. t. 42.—*Id. (Angl.)* p. 237. t. 42.—*Salern. Orn.* p. 221. 4. t. 16. f. 5.
Le Carouge du Breſil, *Buf.* iii. p. 249.
Braſilian Oriole, *Lath. Syn.* ii. p. 439. 27.

Habitat in *Braſilia, nidum* filis affigens folio *Muſæ.*—10 pollices longus.

29. cayanenſis. O. niger, macula alarum lutea.
Oriolus cayanenſis, *Lin. Syſt.* i. p. 168. 15.—*Gmel. Syſt.* i. p. 391.
Xanthornus cayanenſis, *Briſ.* ii. p. 123. 26. t. 9. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 190.
Carouge de l'iſle de St. Thomas, *Buf.* iii. p. 248.—*Pl. Enl.* 535. f. 2.
Yellow-winged Pye, *Edw.* 322.
——— ——— Oriole, *Lath. Syn.* ii. p. 440. 28.

Habitat in *Cayana,* et inſula *S. Thomæ.*—8 pollices longus.

Macula

Macula alarum lutea e tectricibus luteis, ovata, magna: *cauda* potius elongata, apice subcuneiformis.

30. chrysocephalus. O. niger, pileo tectricibus alarum caudæque luteis.
Oriolus chrysocephalus, *Lin. Syst.* i. p. 164. 20.—*Gmel. Syst.* i. p. 395.
Xanthornus icterocephalus americanus, *Brif. App.* p. 38. t. 2. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 192.
Gracula chrysoptera, *Merrem. Ic. Av.* fasc. i. p. 10. t. 3.
Gold-headed Oriole, *Lath. Syn.* ii. p. 442.

Habitat in *America*; *Alaudæ* magnitudine.—8 pollices longus.
Rostrum nigrum: *pileus, humeri, uropygium, femora* aureo-flava: *cauda* elongata cuneiformis: *pedes* fusci.

31. leucopterus. O. niger, macula alarum alba. *Mas.*
Oriolus leucopterus, *Gmel. Syst.* i. p. 392.
——— melaleucus, *Muf. Carlf.* fasc. ii. t. 31.
Tangara noir, *Buf.* iv. p. 257.—*Pl. Enl.* 179. f. 2.
Guiana Tanager, *(mas.)* *Lath. Syn.* iii. p. 225.
White-backed Maize Thief, *Arct. Zool.* ii. N° 141.—*Kalm. It.* ii. p. 274.
White-winged Oriole, *Lath. Syn.* ii. p. 440. t. in tit.

O. fusco-cinnamomeus, subtus cinerascens. *Femina.*
Tangara roux, *Buf.* iv. p. 257.—*Pl. Enl.* 711.
Guiana Tanager, *(femina.)* *Lath. Syn.* iii. p. 225.

Habitat in *Guiana, Cayana, Surinamo.*—8 pollices longus.
Macula alarum in *Mare* e tectricibus superioribus interioribus minoribus; inferioribus totis albis.

32. icterocephalus. O. niger, capite colloque luteis.
Oriolus icterocephalus, *Lin. Syst.* i. p. 163. 16.—*Gmel. Syst.* i. p. 392.
Xanthornus icterocephalus cayanensis, *Brif.* ii. p. 124. 27. t. 12. f. 4.—*Id.* 8vo. i. p. 190.
Cornix atra, capite collo pectoreque flavis, *N. C. Petr.* xi. p. 435. t. 15. f. 7.
Coiffes jaunes, *Buf.* iii. p. 217. 250.
Carouge de Cayenne, *Pl. Enl.* 343.
Yellow-headed Starling, *Edw.* t. 323.
————— Oriole, *Lath. Syn.* ii. p. 441. 30.

Habitat in *Cayana.*—7 pollices longus.

33. melancholicus. O. griseus, nigro punctatus, fascia oculorum alba.
Oriolus melancholicus, *Lin. Syst.* i. p. 163. 17.—*Gmel. Syst.* i. p. 392.
Xanthornus nævius, *Brif.* ii. p. 126. 29.—*Id.* 8vo. i. p. 191.
Fringilla ex fusco et nigro varia, *Klein. Av.* p. 98. 17.
Schomburger, *Edw.* t. 85.—*Lath. Syn.* ii. p. 441. 31.

HABITAT in *Mexico*; magnitudine *Alaudæ*.—6 pollices longus.
*Genæ collum*que subtus nigra, ad *pectus* acute desinens.

β. O. fusco-nigricans, corporis superioris pennis margine flavis, inferioris alarum caudæque fulvis, fascia oculorum gulaque albis.
Le Troupiale tacheté de Cayenne, *Buf.* iii. p. 223.—*Pl. Enl.* 448. f. 12.
—*Lath. Syn.* ii. p. 442. 31. A.

HABITAT in *Cayana*.—*Genæ* nigræ.
Femina grisea albido mixta.

34. furcatus. O. niger, supra ad cæruleum inclinans, tectricibus caudæ inferioribus albis, cauda bifida.
Oriolus furcatus, *Gmel. Syst.* i. p. 395.
Icterus cauda bifida, *Brif.* ii. p. 105. 16.—*Id.* 8vo. i. p. 185.
Sturnus cauda divisa, *Klein. Av.* p. 64. 4.
Turdus niger mexicanus, *Seba.* i. p. 102. t. 65. f. 4.
Fork-tailed Oriole, *Lath. Syn.* ii. p. 443. 33.

HABITAT in *Mexico*; magnitudine *Merulæ*.
Rostrum flavum: *pedes* nigri: *cauda* elongata forficata.

35. viridis. O. fusco-olivaceus, subtus uropygioque viridi-olivaceus, remigibus fuscis extus olivaceis, intus albicantibus.
Oriolus viridis, *Gmel. Syst.* i. p. 395.
Icterus minor viridis, *Brif.* ii. p. 113. 21. t. 10. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 187.
Troupiale de St. Domingue, Siffleur, *Buf.* iii. p. 230.—*Pl. Enl.* 236. f. 1.
Whistler Oriole, *Lath. Syn.* ii. p. 443. 34.

HABITAT in *S. Dominici* insula.—7 pollices longus.
Rostrum corneum: *pedes* grisei.

36. capensis. O. fusco-olivaceus, subtus luteus.
Oriolus capensis, *Gmel. Syst.* i. p. 392.
Xanthornus capitis Bonæ Spei, *Brif.* ii. p. 128. 30.—*Id.* 8vo. i. p. 191.
Carouge du cap de B. Esperance, *Pl. Enl.* 607. f. 2.

Carouge

Carouge olive de la Louisiane, *Buf.* iii. p. 251.
Olive Oriole, *Arct. Zool.* ii. N° 149.—*Lath. Syn.* ii. p. 444. 35.

HABITAT in *Louisiana*, et ad *caput B. Spei.*—7 pollices longus.
Rostrum et *pedes* fusci : *vertex* grisescens : *collum* subtus subaurantium.

37. virescens. O. virescens, genis gula superciliisque luteis, tectricibus alarum albo maculatis.
Oriolus viridis, *Gmel. Syst.* i. p. 393.
Yellow-throated Oriole, *Arct. Zool.* ii. N° 150.—*Lath. Syn. Sup.* p. 89.

HABITAT ad *fretum Hudsonis.*—9 pollices longus.
Præcedenti hæc nimis similis. An distincta avis?

38. cæruleus. O. cinereo-nigricans, capite alis caudaque cæruleis.
Oriolus cæruleus, *Gmel. Syst.* i. p. 393.
Xanthornus cæruleus, *Bris.* ii. p. 125. 28.—*Id.* 8vo. i. p. 190.—*Pallas. Spic.* vi. p. 3. (a).
Pica maderaspatana minima, *Raii Syn.* p. 195. 11. t. 1. f. 11.
Blue Oriole, *Lath. Syn.* ii. p. 444. 36.

HABITAT in *Maderaspatano.*—*Rostrum rufum.*

39. niger. O. nigro-virescens, remigibus rectricibusque lateralibus intus subtusque nigris.
Oriolus niger, *Gmel. Syst.* i. p. 393.
Icterus niger, *Bris.* ii. p. 103. 15. t. 10. f. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 184.
Cornix parva profunde nigra, *Klein. Av.* p. 59. 6.
Troupiale noir, *Buf.* iii. p. 320.—*Pl. Enl.* 534.
Black Oriole, *Arct. Zool.* ii. N° 144.—*Lath. Syn.* ii. p. 445. 37.

HABITAT in *America septentrionali.*—10 pollices longus.—Gregarius; tempore incubationis suavissime cantat.
Femina fusco-virescens, *capite, pectore, abdomine*que fusco-cinereis.

40. minor. O. niger nitidus, capite cærulescente.
Oriolus minor, *Gmel. Syst.* i. p. 394.
Petit Troupiale noir, *Buf.* iii. p. 222.
Troupiale de la Caroline, *Pl. Enl.* 606. 1. *(Fem.)*
Lesser black Oriole, *Arct. Zool.* ii. N° 144. sub finem.—*Lath. Syn.* ii. p. 446. 38.

Habitat in *America ſeptentrionali*; præcedente paulo minor. *Femina capite collo*que obſcuris, *alis cauda*que cærulefcentibus.

41. olivaceus. O. olivaceus, capite gula juguloque fuſcis nitidis, pectore flaveſcente.
Oriolus olivaceus, *Gmel. Syſt.* i. p. 394.
Troupiale olive de Cayenne, *Buf.* iii. p. 225.—*Pl. Enl.* 606. f. 2.
Cayenne olive Oriole, *Lath. Syn.* ii. p. 447. 39.

Habitat in *Cayana*.—6 pollices longus.—*Roſtrum* et *pedes* obſcuri.

42. aoonalaſchkenſis. O. fuſcus, collo ſubtus ferrugineo-fuſco, loris macula alba, gula albida ſtriga fuſca bifida.
Oriolus aunalaſchkenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 394.
Aoonalaſhkan Oriole, *Arct. Zool.* ii. N° 151.—*Lath. Syn.* ii. p. 447. 40.

Habitat in *Aoonalaſhka* inſula.—8 pollices longus. *Roſtrum* et *pedes* fuſci.

43. caudacutus. O. varius, rectricibus apice acuminatis.
Oriolus caudacutus, *Gmel. Syſt.* i. p. 394.
Sharp-tailed Oriole, *Arct. Zool.* ii. N° 152.—*Lath. Syn.* ii. p. 448. 41. t. 17.

Habitat in *America ſeptentrionali*; magnitudine *Alaudæ*.
Roſtrum et *pedes* ſubfuſci: *corpus* cinereo nigro alboque varium, ſubtus luteſcens maculis longitudinalibus fuſcis: *gula abdomen*que alba: *rectrices* faſciis obſoletis apice ſubulatæ.

44. ſinenſis. O. albus, capite collo dorſo anteriore pectoreque griſeo-cinereis, remigibus chalybeis, rectricibus albo chalybeoque dimidiatis.
Oriolus ſinenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 394.
Le Kink, *Buf.* iii. p. 253.—*Pl. Enl.* 617.
Kink Oriole, *Lath. Syn.* ii. p. 448. 42.

Habitat in *Sina*.—6½ pollices longus.
Roſtrum rubicundum: *pedes* incarnati: *cauda* rotundata, *rectricibus* 2 intermediis chalybeis apice albis, reliquis plus minuſve albo chalybeoque bipartitis, extima utrinque fere tota alba, ad baſin macula chalybea.

45. Galbula. O. luteus, loris artubuſque nigris, rectricibus exterioribus poſtice flavis.
Oriolus galbula, *Lin. Syſt.* i. p. 160. 1.—*Gmel. Syſt.* i. p. 382.—*Act. Stockh.*

Stockh. 1750. p. 157. t. 3. f. 5.—*Georgi reiſe*, p. 165.—*Sepp. Vog.* t. 11. p. 19.—*Kram. el.* p. 360. 1.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 116. 2.—*Faun. Arag.* p. 72.—*Phil. Tranſ.* xxiii. N° 285. p. 1397. 41.
Coracias Oriolus, *Faun. Suec.* N° 95.—*Scop. Ann.* i. N° 45.—*Faun. Arab.* p. 7.
Turdus luteus, *Friſch.* t. 31.
——— aureus, *Klein. Av.* p. 66. 7.—*Id. Ov.* p. 23. t. 9. f. 2.—*Id. Stem.* p. 11. t. 14. f. 8. a—c.
Galbula, *Raii Syn.* p. 68. 5.—*Will.* p. 147. t. 36. 38.
Oriolus, *Briſ.* ii. p. 320. 58.—*Id.* 8vo. i. p. 247.
L'Auriol, *Hiſt. de la Prov.* i. p. 491.
Le Loriot, *Buf.* iii. p. 254. t. 17.—*Pl. Enl.* 26. *Mas.*
Kirſchvogel, *Gunth. Neſt. u. Ey.* t. 47.
Il Rigogolo, *Cet. uc. Sard.* p. 79.
Witwall, *Will. (Angl.)* p. 198.
Yellow-bird from Bengal, *Alb.* iii. t. 19.
Golden Thruſh, *Edw.* t. 185.
Golden Oriole, *Br. Zool. App.* p. 4. t. 4.—*Lewin. Br. Birds*, ii. t. 43.—*Lath. Syn.* ii. p. 449. 43.—*Id. Sup.* p. 89.

Habitat in *Europa*, *Africa*, *Aſia*, rarius in *Anglia*; *Merulæ* magnitudine.—9½ pollices longus.—Victitat inſectis, baccis. *Nidum* urceolatum in ramificationibus arborum, ex ſtramine et filis cannabinis laxe fabricatum, ſuſpendit.

Roſtrum et *irides* rubentes: *pedes* plumbei.

Femina obſcure viridi-fuſca, *rectricibus* lateralibus flaveſcenti-albis.

Ovum oſſei coloris, albeſcens, maculis nigro-fuſcis, majoribus ad angulum obtuſum.

β. O. luteus, capite apicibuſque rectricum intermediarum nigris.
Oriolus melanocephalus, *Lin. Syſt.* i. p. 160. 3.—*Gmel. Syſt.* i. p. 383.
——— bengalenſis, *Briſ.* ii. p. 329. 61.—*Id.* 8vo. i. p. 249.
Loriot de la Chine, *Buf.* iii. p. 262. II.—*Pl. Enl.* 79.
Pica americana luteo-nigra varia, *Ger. Orn.* ii. p. 41. t. 158.
Black-headed Indian Icterus, *Edw.* t. 77.—*Lath. Syn.* i. p. 451. 43. A.

Habitat in *Maderaſpatano*.

γ. O. flavus, maculis nigricantibus variis, capite collo remigibus rectricibuſque nigricantibus.
Icterus maderaſpatanus nævius, *Briſ.* ii. p. 91. 5.—*Id.* 8vo. i. p. 180.

Pica maderaſpatana, ſturni inſtar maculata, *Raii Syn.* p. 195. 9. t. 1. f. 7.
Yellow Starling from Bengal, *Alb.* ii. t. 41.—*Edw.* t. 186.—*Lath. Syn.* ii. p. 451. 43. B.

Habitat cum præcedente.

δ. O. luteus, artubus nigris apice luteis, faſcia capitis nigra.
Oriolus chinenſis, *Lin. Syſt.* i. p. 160. 2.—*Gmel. Syſt.* i. p. 383.
——— cochinſinenſis, *Briſ.* ii. p. 326. 59. t. 33. f. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 248.
Le Couliavan, *Pl. Enl.* 570.—*Buf.* iii. p. 262. I.—*Lath. Syn.* ii. p. 452. 43. C.

Habitat in *Cochinſina.*

Femina a *mare* diſcrepat colore luteo multo pallidiore, et nigro multo minus ſaturato.

ε. O. luteus, faſcia capitis tranſverſali cærulea, rectricibus luteis faſcia cærulea.
Oriolus indicus, *Briſ.* ii. p. 328. 60.—*Id.* 8vo. i. p. 248.
Chloris indicus, *Aldr. Av.* i. t. p. 862.—*Johnſt. Av.* t. 41.
Le Loriot des Indes, *Buf.* iii. p. 264. III.—*Lath. Syn.* ii. p. 452. 43. D.

Habitat in *India.*—*Alarum remiges* luteæ, cæruleo maculatæ.

46. radiatus. O. luteo-rubeſcens, capite colloque ſubtus nigricantibus albo punctatis, tectricibus alarum remigibuſque nigris margine albis.
Oriolus radiatus, *Gmel. Syſt.* i. p. 384.
——— capite ſtriato, *Briſ.* ii. p. 332. 62.—*Id.* 8vo. i. p. 249.
Merula bicolor Aldr. *Raii Syn.* p. 67. 11.—*Will.* p. 144. 1.—*Id.* *(Angl.)* p. 193.
Le Loriot à tête rayée, *Buf.* iii. p. 265.
Striped headed Oriole, *Lath. Syn.* ii. p. 453. 44.

Magnitudo *Merulæ.*—*Roſtrum* et *pedes* rubicundi.

47. Picus. O. rufus, capite collo pectoreque albo variegatis, cauda elongata, rectricibus apice ſubulatis.
Oriolus Picus, *Gmel. Syſt.* i. p. 384.
Le Talapiot, *Buf.* vii. p. 82.—*Pl. Enl.* 605.
Climbing Oriole, *Lath. Syn.* ii. p. 453. 45.

Habitat in *Guianæ* arboribus, quas *Pici* inſtar conſcendit, inſectaque pone corticem latentia extrahit.—7 pollices longus. *Roſtrum* griſeo-flavicans.

GENUS XVI. GRACULA.

Roſtrum convexo-cultratum, baſi nudiuſculum.
Lingua integra, acutiuſcula, carnoſa.
Pedes ambulatorii.

1.
religioſa. Gr. nigro-violacea, macula alarum alba, faſcia occipitis nuda flava.
Gracula religioſa, *Lin. Syſt.* i. p. 164. 1.—*Gmel. Syſt.* i. p. 395.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 118. 1. t. 12.
Sturnus indicus Bontii, *Raii Syn.* p. 68. 2.—*Will.* p. 145. t. 38.—*Klein. Av.* p. 60. 12.
Corvus javanenſis, *Oſb. It.* p. 102.—*Id. (ed. Angl.)* i. p. 157.
Mainatus, *Briſ.* ii. p. 305. 49. t. 28. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 242.
Le Mainate, *Buf.* iii. p. 416. t. 25.—*Pl. Enl.* 268.
Bontius's Indian Stare, *Will. (ed. Angl.)* p. 196.
Minor Grakle, *Alb.* ii. t. 38.—*Hiſt. Sumatr.* p. 98.—*Edw.* t. 17.—*Lath. Syn.* ii. p. 455. 1.—*Id. Sup.* p. 90.

HABITAT in *India*, inſuliſque *oceani indici*.—10½ pollices longus.—In ædibus loquaciſſima; præſtantior *Pſittaco*; egregie ſibilans. Victitat fructibus.

Roſtrum rubrum apice flavum: *pedes* fulvi: pennæ *capitis* (intermediis exceptis) breviſſimæ, holoſericeæ: faſcia nuda infra oculos fere ad nucham: *remiges* 2-8 faſcia alba.

β. Mainatus major, *Briſ.* ii. p. 308. 50.—*Id.* 8vo. i. p. 243.
Cornicula, ſeu Monedula ind. or. *Klein. Av.* p. 60. 12.
Le grand Mainate, *Buf.* iii. p. 419.
Greater Minor, *Edw.* t. 17. fig. inf.—*Lath. Syn.* ii. p. 457. 1. A.

HABITAT in *Aſia*, inſula *Haina*
In omnibus priori convenit, at major.

2.
calva. Gr. ſubcinerea, ſubtus fuſco-griſea, capite utrinque nudo, pectore remigibus rectricibuſque fuſco-nigricantibus.
Gracula calva, *Linn. Syſt.* i. p. 164. 2.—*Gmel. Syſt.* i. p. 396.
Merula calva philippenſis, *Briſ.* ii. p. 280. 36. t. 26. f. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 236.

Merle

Merle chauve des Philippines, *Pl. Enl.* 200.
Goulin, *Buf.* iii. p. 420.
Iting, Tabaduru, vel Gulin, (Palalacæ ſpecies) *Phil. Tranſ.* xxiii. p. 1397. 43.
Bald Grakle, *Lath. Syn.* ii. p. 457. 2.

Habitat in *Philippinis inſulis*; *Merulæ* magnitudine.—10 pollices longa.—Voraciſſima avis, vivens fructibus; nidificat in excavatis *palmæ cocciferæ* caudicibus; hoſpitatur in domibus.

Latera *capitis* utrinque nuda, et dum iraſcitur coccinea: linea *verticis* plumoſa nigra: *roſtrum pedeſque* fuſci.

3. triſtis. Gr. caſtaneo-fuſca, capite colloque fuſcis, area pone oculos triangulari nuda, macula remigum rectricibuſque lateralibus apice albis.
Paradiſea triſtis, *Lin. Syſt.* i. p. 167. 3.—*Gmel. Syſt.* i. p. 401.
Merula philippenſis, *Briſ.* ii. p. 278. 35. t. 26. f. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 235.
Martin, *Buf.* iii. p. 423.—*Eſſ. philoſoph.* p. 44.
Merle des Philippines, *Pl. Enl.* 219.
Paradiſe Grakle, *Lath. Syn.* ii. p. 458. 3.

Habitat in *inſulis Philippinis*; *Merula* major.—9½ pollices longa.—Victitat *gryllis* aliiſque inſectis; hinc utiliſſima avis. Canora et garriens in caveis alitur.

Roſtrum et *pedes* flavi: *remiges* primores a baſi ad medium albæ: ob roſtri baſin plumis tomentoſis tectam *Paradiſeæ* nonnihil affinis.

4. nuda. Gr. nigra, capite tomentoſo ſericeo, poſtice et lateribus ſubcalvo, remigibus extus oblique griſeſcentibus.
Corvus nudus, *Gmel. Syſt.* i. p. 371.
Colnud de Cayenne, *Buf.* iii. p. 82.—*Pl. Enl.* 609.
Bare-necked Crow, *Lath. Syn.* ii. p. 382. 15.

Habitat in *Cayana*; magnitudine *Monedulæ*.

Roſtrum flavicans, apice nigro: *nares* perviæ: *pedes* flavi: *rectrices* æquales.

5. fœtida. Gr. nigra, remigibus extus cæruleſcentibus, faſcia collari nuda.
Gracula fœtida, *Lin. Syſt.* i. p. 164. 3.—*Gmel. Syſt.* i. p. 396.
Fetid Grakle, *Lath. Syn.* ii. p. 460. 4.

Habitat in *America*; magnitudine *Picæ*.

Caput

Caput nigrum, plumis erectis breviffimis, quafi holofericeum: *roftrum* fere *Cuculi*, *naribus* ovatis nudis: *lingua* integra, carnofa, acuta.

6.
Barita. Gr. fubgrifea, humeris cæruleis, remigibus extus viridibus.
Gracula Barita, *Lin. Syft.* i. p. 165. 4.—*Gmel. Syft.* i. p. 396.—*Borowfk. Nat.* ii. p. 119. 2.
Monedula tota nigra, *Raii Syn.* p. 185. 28.—*Sloan. Jam.* p. 299. t. 257. f. 2.
Boat-tailed Grakle, *Arct. Zool.* ii. N° 154.—*Lath. Syn.* ii. p. 460. 5. t. 18.

Habitat in *America* calidiore, et infulis *Antillis*; *Cuculi* magnitudine.—13 pollices longa.—Victitat fructibus, infectis.

Roftrum nigricans, bafi nudum, fubtus albicans: *cauda* rotundata, dum complicata fuperne excavata, f. concava; explicata fuperficie plana.—Ob formam *rectricum* complicatarum fingularis fpecies.

7.
Quifcula. Gr. nigro-violacea, cauda rotundata.
Gracula Quifcula, *Lin. Syft.* i. p. 165. 7.—*Gmel. Syft.* i. p. 397.—*Borowfk. Nat.* ii. p. 119. 3.
Pica jamaicenfis, *Brif.* ii. p. 41. 3.—*Id.* 8vo. i. p. 166.
Cornix purpurea, *Klein. Av.* p. 60. 13.
Merops niger iride fubargentea, *Brown. Jam.* p. 476.
Fur Zeæ, *Kalm. It.* iii. p. 33.
Izanatl, *Raii Syn.* p. 168. 21.
La Pie de la Jamaique, *Buf.* iii. p. 97.
Blackbird or Maize-thief, *Kalm. Tr. (ed. Angl.)* i. t. p. 291.
Purple Grakle, *Arct. Zool.* ii. N° 153.—*Lath. Syn.* ii. p. 462. 6.—*Id. Sup.* p. 90.

Habitat in *Mexico*, *America* calidiore, *Jamaica*; *Merulæ* magnitudine.—11¼ pollices longa.—Virginianis invifa avis, aqua et igne interdicta, fed injufte; devaftans bruchos pifi.

Roftrum et *pedes* nigri: *irides* argenteæ: *cauda* longa, una cum alis purpurea.

Femina tota fufca.

β. Gr. corpore albo nigroque, capite albo, remigibus caudaque nigris.
Purple Grakle, *Lath. Syn. Sup.* p. 90.

Habitat cum priore, cujus mera varietas. *Muf. Lev.*

Gr. nigra,

8.
criſtatella. Gr. nigra, remigibus primoribus baſi rectricibuſque apice albis, roſtro flavo.
Gracula criſtatella, *Lin. Syſt.* i. p. 165. 5.—*Gmel. Syſt.* i. p. 397.
Merula ſinenſis criſtata, *Briſ.* ii. p. 253. 21.—*Id.* 8vo. i. p. 228.
Merle hupé de la Chine, *Buf.* iii. p. 367.—*Pl. Enl.* 507.
Sturnus crinibus cinereis, &c. *Klein. Av.* p. 64. 3.
Chineſe Starling or Blackbird, *Edw.* t. 19.—*Hiſt. Sumat.* p. 90.
Creſted Grakle, *Lath. Syn.* ii. p. 464. 7.—*Id. Sup.* p. 90.

HABITAT in *China*; *Merula* paulo major.—8½ pollices longa.—Victitat inſectis, oryza; in caveis a *ſinenſibus* alitur; loquax et canora avis. Ad baſin mandibulæ ſuperioris pennæ frontales in faſciculum mobilem elongatæ.

9.
Saularis. Gr. nigro-cæruleſcens, abdomine macula alarum rectricibuſque lateralibus albis.
Gracula ſaularis, *Lin. Syſt.* i. p. 165. 6.—*Gmel. Syſt.* i. p. 397.
Lanius bengalenſis niger, *Briſ.* ii. p. 184. 19. & *Suppl.* p. 41. 19.—*Id.* 8vo. i. p. 209.
Pica minor bengalenſis, *Ger. Orn.* ii. p. 41. t. 157.
Fringilla nigra, *Klein. Av.* p. 98. 14.
Saulary, *(Mas.) Raii Syn.* p. 197. 19.—*(Femina.)* 197. 20.
La Pie-grieſche noire de Bengale, *Buf.* i. p. 299.
Little Indian Pye, *Edw.* t. 181.
Bengal Magpie, or Dial-bird, *Alb.* iii. t. 17-18.
Dial Grakle, *Hiſt. Sumat.* pp. 98. 238.—*Lath. Syn.* ii. p. 465. 8.—*Id. Sup.* p. 91.

HABITAT in *Bengala*; *T. viſcivori* magnitudine. Pugnaciſſima avis. *Femina jugulo* et *pectore* fuſcis.

10.
Atthis. Gr. viridi-cærulea, abdomine ferrugineo, pedibus ſanguineis.
Gracula Atthis, *Lin. Syſt.* i. p. 165. 8.—*Gmel. Syſt.* i. p. 398.
Gr. corpore viridi, dorſo cæruleſcente, abdomine ferrugineo, pedibus rubris, *Phil. Tranſ.* lvii. p. 347. 2.
Corvus (ægyptius) viridi maculatus, dorſo medio cæruleo, *Haſſelq. It.* p. 140. 20.—*Id. (ed. Angl.)* p. 197.
Egyptian Grakle, *Lath. Syn.* ii. p. 466. 9.

HABITAT in *Ægypto*; victitans inſectis. *Vertex, collum* poſterius, et *humeri* cæruleo-viridi maculata, lateribus *colli* linea longitudinali ferruginea:

ruginea: magnitudine *Alaudæ*. *Haſſelq.*—Avis a *Forſtero* trans *Volgam* ad *Yerooſlanum* flumen viſa, magnitudine *Monedulæ*. An eadem?

11. longiroſtra. Gr. cinereo-fuſca ſubtus flaveſcens, capite collo caudaque nigris, rectricibus apice maculaque alarum albis.
Gracula longiroſtra, *Pall. Spic.* vi. t. 2. f. 2.—*Gmel. Syſt.* i. p. 398.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 119. 4.
Long-billed Grakle, *Lath. Syn.* ii. p. 466. 10.

Habitat in *America* auſtrali, *Surinamo.*—9 pollices longa.—Lateribus *colli* faſcia longitudinalis ſubnuda rugoſa.

12. ſturnina. Gr. cana, macula verticis dorſoque inter alas violaceo atro, alis caudaque violaceo-viridibus, harum ſtriga gemina alba.
Gracula ſturnina, *Pall. It.* iii. p. 695. 11.—*Gmel. Syſt.* i. p. 399.

Habitat in ſalicetis *Dauuriæ* auſtralioris, circa *Ononem* et *Argunum*, nec alibi obſervata. *Nido ovorum*que colore *Sturni* æmula, uti et habitu.—Magnitudine *Ampelis garrulæ*; brachyura.

Femina dicolor, ſordide cinerea; *dorſo* fuſco; *alis cauda*que ſine ſplendore atris.

13. icterops. Gr. nigra, faſcia alarum corporeque ſubtus albis, regione oculorum nuda rugoſa.
Yellow-faced Grakle, *Lath. Syn. Sup.* p. 91.

Habitat in *nova Hollandia*.
Roſtrum compreſſum: *nares* ovatæ: *pedes* lutei, rugoſi.

14. ſcandens. Gr. corpore tranſverſim ſtriato, ſupra rufo ſubtus luteſcente, capite rufo alboque vario, rectricibus apice denudatis aculeatis.
Gracula cayanenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 399.
Picucule de Cayenne, *Buf.* vii. p. 82.—*Pl. Enl.* 621.
Climbing Grakle, *Lath. Syn.* ii. p. 467. 11.

Habitat in *Guianæ* partibus interioribus.—10 pollices longa.—*Pici* inſtar arbores aſcendens.

Roſtrum nigrum, 2 fere poll. longum, nonnihil incurvatum.

Genus XVII. PARADISEA.

Roftrum capiftri plumis tomentofis tectum.
Pennæ hypochondriorum longiores plerifque.
Nares plumis tectæ.
Pedes ambulatorii.

1.
apoda. P. caftanea, collo fubtus viridi-aureo, pennis hypochondriis corpore longioribus, rectricibus duabus intermediis longis fetaceis.

Paradifea apoda, *Lin. Syft.* i. p. 166. 1.—*It. wgoth.* 139.—*Muf. Adolph. Fr.* i. p. 15.—*Gmel. Syft.* i. p. 399.—*Borowfk. Nat.* ii. p. 121. 2.

Manucodiata, Paradifæa avis, *Brif.* ii. p. 130. 1. t. 13. f. 1.—*Id.* 8vo. i. p. 193.—*Raii Syn.* p. 20. 1.—*Id.* 21. 3-5. 6. 7.—*Id.* p. 22. 8. 9.—*Will.* p. 56. 1. 3. t. 11.–p. 57. 5. 6.–p. 58. 7. 8.–p. 59. 9.—*Klein. Av.* p. 63. 1. 3. 5. 6.—*Seb. Muf.* i. p. 99. t. 63. f. 1. 2.—*Ger. Orn.* i. p. 76. t. 63.—*Zool. Indic.* p. 31. 1.

L'Oifeau de Paradis, *Buf.* iii. p. 151. t. 12.—*Pl. Enl.* 254.

Birds of Paradife, *Will.* (*Angl.*) p. 91. 1.–p. 92. 3. 5. 6. 7.–p. 93. 8. 9. t. 11.

Greater Bird of Paradife, *Edw.* t. 110.—*Alb.* iii. t. 9.—*Forr. Voy.* p. 135.—*Bradl. Nat.* t. 12. f. 1. 2.—*Lath. Syn.* ii. p. 471.

Habitat in *Moluccis*, et reliquis *novæ Guineæ* vicinis; gregaria. Victitat papilionibus maximis, forte et aviculis.

Cirrhi 2 caudæ apice attenuati, nudi, recti: *cauda*, perperam dicta, funt pennæ elongatæ *dorfi* et *hypochondrii*: *pedes* robufti.

β. Paradifea minor papuana, *Zool. Ind.* p. 33. 2.
Smaller Bird of Paradife, *Forr. Voy.* p. 137.—*Lath. Syn.* ii. p. 474. 1. A.

Variat *corpore* minore fupra flavo, pennis hypochondriis flavefcenti-albis.

Habitat in *Moluccis*, *Papua*, *Ternate*.—A *Ternacenfibus* infidentes arboribus fagittis obtufis necantur, aut vifco capiuntur.

2.
regia. P. caftaneo-purpurea fubtus albida, fafcia pectorali viridi-aurea, rectricibus 2 intermediis filiformibus apice lunato-pennaceis.

Paradifea

Paradifea regia, *Lin. Syft.* i. p. 166. 2.—*Gmel. Syft* i. p. 400.—*Muf. Ad. Fr.* i. p. 15.—*Borowfk. Nat.* ii. p. 120. t. 13.
Manucodiata minor, *Brif.* ii. p. 136. 2. t. 13. 2.—*Id.* 8vo. i. p. 195.
Rex avium Paradifearum, *Raii Syn.* p. 22. 10.—*Will.* p. 61.—*Klein. Av.* p. 64. 7.—*Seba Muf.* i. p. 63. t. 38. f. 5.—*Petiv. Gaz.* t. 53. f. 2.—*Ger. Orn.* i. p. 79. t. 66.—*Zool. Ind.* p. 36. 7.
Le Manucode, *Buf.* iii. p. 163. 13.—*Pl. Enl.* 496.
Roi des Oifeaux de Paradis, *Son. Voy.* p. 156. t. 95.
King of the greater Birds of Paradife, *Will. (ed. Angl.)* p. 96. t. 77.—*Edw.* t. 111.—*Forreft. Voy.* p. 141. 7.—*Borowfk. Nat.* ii. t. 75.—*Lath. Syn.* ii. p. 475. 3.

HABITAT in *Aroo*, reliquifque *oceani indici* infulis; præcedente minor; multo rarior; folitaria.—5–7 pollices longa.

Purpurea, pectorale cærulefcente: *cirrhi caudæ* longiffimi: pennæ fub alis funt reliquis longiores, licet *cauda* breviores et truncatæ.

3. magnifica. P. caftaneo-fufca, capiftro nigro, cervice cirrhata flava, collo fubtus pectoreque viridi-nigris medio nitentibus.
Paradifea magnifica, *Gmel. Syft.* i. p. 401.
Le Magnifique de la nouvelle Guinée, *Son. Voy.* p. 163. t. 98.—*Pl. Enl.* 631.
Manucode à Bouquets, *Buf.* iii. p. 166.—*Zool. Ind.* p. 38. 3.
Magnificent Bird of Paradife, *Lath. Syn.* ii. p. 477. 3. t. 19.

HABITAT in *nova Guinea*; *Monedulæ* magnitudine.—9 poll. longa.

Roftrum et *pedes* flavi: *remiges* primores fufcæ, fecundariæ faturate flavæ: fetæ 2 caudæ longiffimæ, incurvæ, uno latere pennis breviffimis viridibus inftructæ.

4. cirrhata. P. capite collo alifque nigris, cirrho prope cervicem capiftroque flavis.
Manuc. 4ta, feu cirrhata, *Aldr. Av.* i. p. 811. t. p. 814.—*Raii Syn.* p. 21. 4.—*Will.* p. 57.—*Klein. Av.* p. 63. 4.—*Brif.* ii. p. 135.—*Id.* 8vo. i. p. 195.
Crefted Bird of Paradife, *Will. (Angl.)* p. 92.—*Forr. Voy.* p. 140. 6?

HABITAT cum præcedente.—18 poll. longa.

Roftrum longiffimum, nigrum, aduncum: *cirrhus* 3 poll. altus, rigidus, flavus, prope cervicem, velut ex fetis compofitus. An var. prioris?

5. gularis. P. purpureo-nigricans, capiftro genifque tomentofis, cervice fafciaque pectorali viridi-nitentibus, fub gula lunula cupreo-aurea fulgidiffima.

Paradifea nigra, *Gmel. Syft.* i. p. 401.

Gorget Bird of Paradife, *Lath. Syft.* ii. p. 478. 4. t. 20.

HABITAT in *Moluccis* infulis? *Monedulæ* magnitudine.—28 pollices longa.—*Cauda* longiffima, maxime cuneiformis, *rectricibus* inæqualibus, 2 intermediis 22, extimis 5 modo pollices longis.

6. leucoptera. P. nigra, cervice cupreo-fplendente, remigibus albis extus nigro marginatis, cauda longiffima cuneiformi.

White-winged Paradife Bird, *Lath. Syn. Sup.* p. 92.

Longitudo 25 pollicum.—*Roftrum* nigrum vix incurvatum, pennis *gulæ* elongatis, fere ad apicem porrectis: *cauda* longiffima, rectricibus 2 intermediis 20, extimis 7 pollices longis.

7. fuperba. P. fronte criftata, capite cervice abdomineque viridibus, gula violacea fericea, cauda mediocri cærulefcenti-atra.

Paradifea fuperba, *Gmel. Syft.* i. p. 402.

Le Manucode, dit le fuperbe, *Son. Voy.* p. 157. t. 96.—*Buf.* iii. p. 169. —*Pl. Enl.* 632.—*Zool. Ind.* p. 38. 4.

Superb Paradife Bird, *Lath. Syn.* ii. p. 479. 5.

HABITAT in *nova Guinea.*—10 pollices longa.

Roftrum nigrum: fub alis fafciculus plumarum laxarum atro-fericeus, longitudine remigum complicatarum.

8. furcata. P. nigra, fafciculo fub alis tomentofo, medio abdominis pennis caudæ furcatæ inftar viridi-fplendentibus, *Lath. Syn.* ii. p. 480. fect. 2.

Magnitudo præcedentis.—Avis incompleta. *Muf. Lev.*

9. fexfetacea. P. criftata atra, vertice genis gulaque violaceo-nigris, jugulo macula cervicis pectoreque viridi-nitentibus, regione aurium utrinque pennis fetaceis tribus longiffimis.

Paradifea aurea, *Gmel. Syft.* i. p. 402.

L'Oifeau Paradis à gorge dorée, *Son. Voy.* p. 158. t. 97.

Manucode à fix filets, *Buf.* iii. p. 171.—*Pl. Enl.* 633.—*Zool. Ind.* p. 38. 5.

Gold-breafted Paradife Bird, *Lath. Syn.* ii. p. 481. 6.

HABITAT

Habitat in *nova Guinea*; *Turturis* magnitudine.

Rostrum et *pedes* nigri: *irides* flavæ: *crista* frontalis albo nigroque varia: sub alis fasciculus plumarum laxarum nigrarum alas tegens: pennæ aurium setaceæ longitudine corporis, apicibus pennaceis ovatis.

10.
chalybea. P. cæruleo-viridis, capite sericeo nigro tomentoso, dorso uropygio abdomine caudaque chalybeo-nitentibus.
Paradisea viridis, *Gmel. Syst.* i. p. 402.
Calybé de la nouvelle Guinée, *Buf.* iii. p. 173.—*Pl. Enl.* 634.—*Zool. Ind.* p. 38. 6.
L'Oiseau de Paradis verd, *Son. Voy.* p. 164. t. 99.
Blue-green Paradise Bird, *Lath. Syn.* ii. p. 482. 7.

Habitat in *nova Guinea.*—16 pollices longa.

Rostrum nigrum: pennæ corporis apice quasi crispæ, capitis tomentosæ.

11.
aurea. P. flavo-fulva, capistro gula remigibus rectricibusque nigris.
Paradisea flavo-fulva, *Mus. Ad. Fr.* i. p. 15.
——— aurea, *Borowsk. Nat.* ii. p. 122. 3.
Oriolus aureus, *Lin. Syst.* i. p. 163. 19.—*Gmel. Syst.* i. p. 483.
Icterus indicus, *Bris. App.* p. 37. 31.—*Id.* 8vo. i. p. 192.
Rollier de Paradis, *Buf.* iii. p. 149.
Golden Paradise Bird, *Edw.* t. 112.—*Lath. Syn.* ii. p. 483. 8.

Habitat in *India.*—8 pollices longa.

Capistrum, *gula*, *jugulum*que superius sericea tomentosa.

12.
alba. P. tota alba.
Paradisea candida, *Zool. Ind.* p. 35. 5.—*Gmel. Syst.* i. p. 402.

Habitat in *insulis Papuanis*; rara, et habitu accedit ad *Paradiseam papuanam*.

β. P. anterius nigra posterius alba, pennis 12 setaceis pene nudis incurvis.
Paradisea, *Zool. Ind.* p. 36. 5. spec. 2da.—*Gerin. Orn.* t. 65. f. 1?

Hæc species omnium est maxime rara, et nonnisi ope incolarum *Tidor* acquiritur, quia in solis insulis *Papuanis*, haud multum frequentatis, imprimis in *Wayghibu*, reperitur.

Genus XVIII. TROGON.

Roſtrum breve, validum, margine ſerratum.
Nares vibriſſis tectæ.
Pedes breves, lanugine tecti, ſcanſorii.

1.
Curucui. Tr. viridi-aureus, ſubtus fulvo-miniaceus, gula nigra, tectricibus alarum rectricibuſque 3 extimis albo nigroque faſciatis.

Trogon Curucui, *Lin. Syſt.* i. p. 167. 2.—*Gmel. Syſt.* i. p. 403.—*Raii Syn.* p. 45. 4.—*Will.* p. 96. t. 22.—*Klein. Av.* p. 28. 16.—*Merrem. Ic.* t. 9.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 123. t. 14.
Tzinitzian, *Raii Syn.* p. 163.—*Will.* p. 303.
Trogon braſilienſis viridis, *Briſ.* iv. p. 173. 4.—*Id.* 8vo. ii. p. 90.—*Ger. Orn.* ii. p. 53. t. 187.
Couroucou à ventre rouge, *Buf.* vi. p. 287. t. 14.—*Pl. Enl.* 452.
Red-bellied Curucui, *Lath. Syn.* ii. p. 485. 1.

Habitat in *Mexico, Braſilia*; magnitudine vix *Picæ*.—10½ pollices longus.

Roſtrum flavum: *irides* aureæ: ſub oculo utrinque macula cutacea alba: *rectrices* 6 intermediæ dorſo concolores, apice nigræ, laterales tres utrinque albæ, nigro tranſverſim ſtriatæ. Variat faſcia pectorali alba.

Femina nigricans ubi *Mas* viridis. Solitaria avis, victitans fructibus.

β. Tr. tectricibus alarum fuſcis, macula nuda infra oculos nulla.
Avis anonyma tertia, *Marcgr. H. Braſ.* p. 219.—*Briſ.* iv. p. 175.

Roſtrum cinereum: *irides* croceæ.

γ. Tr. griſeo-cinereus viridi-nitens, abdomine poſtico rubro, cauda longiore.
Couroucou à longue queue, *Buf.* vi. p. 288.—*Pl. Enl.* 737.—*Lath. Syn.* ii. p. 486. 1. B.

Habitat in *Cayana*.

Rectrices tres extimæ latere exteriore apiceque albæ: *remiges* primores 3 exteriores extus albo nigroque variæ.

δ. Tr. viridi-

ꝺ. Tr. viridi-aureus fubtus fulvus, gula nigra, tectricibus alarum rectricibufque 3 extimis albo nigroque fafciatis.
Pfitt. flammeus viridis et cinereus, roftro ferrato, *Feuill. Journ. des Obf. phyf.* p. 20.
Yellow-bellied green Cuckow, *Edw.* t. 331.—*Seligm. aufl. Voeg.* 9. t. 21.

Facies ultra oculos et *gula* nigra: *collum* anterius fub gula cæruleo-viride: *pectus* et *abdomen* fulvum feu aurantium: *alæ* et *cauda* ut in præcedentibus.

2.
viridis. Tr. viridi-aureus fubtus luteus, gula nigra, rectricibus utrinque tribus extimis oblique et dentatim albis.
Trogon viridis, *Lin. Syft.* i. p. 167. 3.—*Gmel. Syft.* i. p. 404.—*Borowfk. Nat.* ii. p. 123. 2.—*Brif.* iv. p. 168. 2. t. 17. 1.—*Id.* 8vo. ii. p. 88. —*Ger. Orn.* ii. p. 53. t. 189.
Couroucou à ventre jaune, *Buf.* vi. p. 291.—*Pl. Enl.* 195.
Yellow-bellied Curucui, *Lath. Syn.* ii. p. 488. 2.

Habitat in *Cayana.*—11½ pollices longus.

Roftrum cinereum: *caput* et *collum* ad *pectus* ufque cæruleo-violacea: *genæ* et *gula* nigra: fafcia *pectoris* viridi-aurea: *alæ* nigræ: *remiges* primores albo marginatæ, fecundariæ albo extus maculatæ: *cauda* cuneiformis, rectricibus 2 intermediis concoloribus nigris, 2 fequentibus utrinque nigricantibus et viridi mixtis, reliquis oblique et dentatim albo nigroque dimidiatis.

β. Trogon viridis, *Lin. Syft.* i. p. 167. 3. β.
——— viridis ventre candido, *Brif.* iv. p. 170. 3.—*Id.* 8vo. ii. p. 89.
Couroucou verd à ventre blanc, *Buf.* vi. p. 293.
White-bellied Curucui, *Lath. Syn.* i. p. 489. 2. A.

Hæc avis ultima paulo minor, *rectricibus* ut in ea oblique albo nigroque dimidiatis; *abdomine* albo.

In quibufdam *abdomen* albidum flavo nonnihil variegatum.

3.
violaceus. Tr. violaceus, dorfo viridi, tectricibus alarum, remigibufque fecundariis albo maculatis, rectricibus 3 lateralibus albo nigroque fafciatis apice albis.
Trogon violaceus, *Gmel. Syft.* i. p. 404.
Lanius capite collo pectoreque violaceo nigric. &c. *N. C. Petr.* xi. p. 436. 7. t. 16. f. 8.

Le Couroucou à chaperon violet, *Buf.* vi. p. 294.
Violet-headed Curucui, *Lath. Syn.* ii. p. 491. 5.

HABITAT cum præcedentibus.—9½ pollices longus.—A præcedente vix fatis diftinctus.

4. ftrigilatus. Tr. cinereus, abdomine fulvo, alis ftrigis albis, rectricibus nigris, 3 lateralibus extus albo fafciatis apice albis.
Trogon ftrigilatus, *Lin. Syft.* i. p. 167. 1.—*Gmel. Syft.* i. p. 402.
——— cayanenfis cinereus, *Brif.* iv. p. 165. 1. t. 16. f. 1.—*Id.* 8vo. ii. p. 88.—*Gerin. Orn.* ii. p. 53. t. 188.
Couroucou de la Guiane, *Buf.* vi. p. 293.—*Pl. Enl.* 765.
Cinereous Curucui, *Lath. Syn.* ii. p. 489. 3.

HABITAT in *Guiana, Cayana.*—12½ pollices longus.
Roftrum et *pedes* cinerafcentes: *rectrices* 6 intermediæ longitudine æquales, reliquæ gradatim breviores ut in præcedentibus.

5. rufus. Tr. rufus, corpore fubtus flavo, alis grifeo nigroque ftriatis, rectricibus 3 utrinque lateralibus albo nigroque fafciatis, apice albis.
Trogon rufus, *Gmel. Syft.* i. p. 404.
Couroucou à queue rouffe de Cayenne, *Pl. Enl.* 736.—*Buf.* vi. p. 293.
Rufous Curucui, *Lath. Syn.* ii. p. 490. 4. t. 21.

HABITAT in *Cayana.*—9 pollices longus.—*remiges* nigricantes: *rectrices* 6 intermediæ rufæ, apice nigræ.

6. fafciatus. Tr. dorfo ferrugineo, corpore fubtus fulvo-rubro, capite colloque nigricantibus, fafcia pectorali alba, alis albo nigroque fafciatis, cauda apice nigra.
Trogon fafciatus, *Zool. Ind.* p. 15. t. 5.—*Gmel. Syft.* i. p. 405.
Fafciated Curucui, *Lath. Syn.* ii. p. 492. 7.—*Ind. Zool.* t. 5.

HABITAT in *Zeylona.*—*Cauda* longior quam in reliquis.—Avis tota 10½ pollices longa.
Roftrum nigrum, bafi vibriffis tectum: *orbitæ* nudæ, faturate cæruleæ: *irides* flavæ: *pedes* fufco-fuliginofi: *rectrices* mediæ pallide fufcæ, exteriores candidæ, apice nigro maculatæ.

β. Tr. fufco-flavefcens, fubtus rubro-flavicans, capite nigricante, collo et pectore cinereis, tectricibus alarum albo ftriatis, cauda nigra.

Trogon

Trogon ceylonenſis, *Briſ. ed.* 8vo. ii. p. 91. 7.
Faſciated Curucui, *Lath. Syn. Sup.* p. 93.

Habitat in *Zeylona*; *Merulam* circiter craſſitie et longitudine æquans.
Roſtrum, *pedes*, et *ambitus oculorum* cærulea: ad baſin roſtri plumulæ, pilorum ad inſtar rigidæ, antrorſum verſæ: *rectrices* ſupra nigræ, infra flavicantes.

7. maculatus. Tr. fuſco et nigricante faſciatus, vertice viridi, tectricibus alarum remigibuſque ſecundariis viridibus apice albis, cauda nigricante faſciis albis.
Trogon maculatus, *Gmel. Syſt.* i. p. 404.
Spotted Curucui, *Brown. Ill.* t. 13.—*Lath. Syn.* ii. p. 491. 6.

Habitat in *Zeylona*; *Sittæ* magnitudine.

8. aſiaticus. Tr. viridis, fronte vertice cerviceque rubris, gula cærulea macula rubra, remigibus rectricibuſque nigris.
Blue-cheeked Curucui, *Lath. Syn. Sup.* p. 93.

Habitat in *India*.—9 pollices longus.

9. indicus. Tr. nigricans, ſupra ferrugineo maculatus, ſubtus flaveſcens nigricante faſciatus, capite nigro albo ſtriato, cauda longiſſima faſciata.
Indian Curucui, *Lath. Syn. Sup.* p. 94.
Habitat in *India*.
Roſtrum cæruleum: *pedes* cinerei: a rictu oris vitta longitudinalis alba.

Genus XIX. BUCCO.

Roſtrum cultratum, compreſſum, apice emarginato, incurvato, rictu infra oculos protenſa.
Nares pennis incumbentibus obtectæ.
Pedes ſcanſorii.

1. Tamatia. B. rufo-fuſcus, ſubtus rufo-albus nigro maculatus, gula fulva, collo lunula rufo nigroque varia, pone oculos macula nigra.

Bucco Tamatia, *Gmel Syst.* i. p. 405.—*Raii Syn.* p. 65. 6.—*Will.* p. 140. t. 59.—*Id. (Angl.)* p. 190.—*Buf.* vii. p. 94.
Barbu à ventre tacheté de Cayenne, *Pl. Enl.* 746. 1.
Spotted-bellied Barbet, *Lath. Syn.* ii. p. 494. 1.—*Id. Sup.* p. 95.

Habitat in *Cayana, Brasilia.*—6½ pollices longus.—Mores, uti totius generis, solitarii. Victitat insectis.
Rostrum nigrum, apice bifidum: *cauda* apice detrita.

2.
cayanensis. B. niger, pennis margine griseo-aureis, subtus albo-flavicans, fronte gulaque rubris, superciliis albis.
Bucco Cayanensis, *Bris.* iv. p. 95. 2. t. 7. f. 1.—*Id.* 8vo. ii. p. 68.—*Gmel. Syst.* i. p. 405.—*Ger. Orn.* ii. p. 51. t. 183.
Le Tamatia à tête et gorge rouges, *Buf.* vii. p. 96.
Barbu de Cayenne, *Pl Enl.* 206. f. 1.
Cayenne Barbet, *Lath. Syn.* ii. p. 495. 2.

Habitat in *Cayana.*—7 pollices longus.—*Cauda* cuneiformis.

β. B. nigricans, subtus albo-flavescens, fronte gulaque rubris, collo subtus pectore et lateribus maculis nigris.
Bucco cayanensis nævius, *Bris.* iv. p. 97. 3. t. 7. f. 4.—*Id.* 8vo. ii. p. 68.—*Ger. Orn.* ii. p. 51. t. 183. f. 2?
Barbu de St. Domingue, *Pl. Enl.* 206. f. 2.
Yellow Woodpecker with black spots, *Edw.* t. 333.
Black-spotted Barbet, *Lath. Syn.* ii. p. 496. 2. A.

3.
collaris. B. rufus, fascia humerali fulva, pectorali nigra.
Bucco capensis, *Lin. Syst.* i. p. 168.—*Gmel. Syst.* i. p. 406.—*Borowsk. Nat.* ii. p. 124.
Bucco, *Bris.* iv. p. 92. 1. t. 6. f. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 67.—*Ger. Orn.* ii. p. 51. t. 182.
Tamatia à collier, *Buf.* vii. p. 97. t. 4.
Barbu à collier, *Pl. Enl.* 395.
Collared Barbet, *Lath. Syn.* ii. p. 497. 3.

Habitat in *Guiana.*—7¼ pollices longus.
Rostrum corneum: *corpus* supra rufum striis transversis tenuissimis nigris, subtus albidum: fascia *pectoris* lata nigra: tænia nigra circumdat *collum*, in *pectus* antice coeuns, supra hanc altera latior fulva: *rectrices* rufæ fasciis nigris: *pedes* flavescentes.

B. viridis,

4.
maynanensis. B. viridis, capite gulaque rubris cæruleo marginatis, jugulo et pectore flavo, abdominis macula rubra.
Bucco maynanensis, *Bris.* iv. p. 102. 5. t. 7. f. 3.—*Id.* 8vo. ii. p. 69.
—— elegans, *Gmel. Syst.* i. p. 406.
Le beau Tamatia, *Buf.* vii. p. 98.
Barbu de Maynas, *Pl. Enl.* 330.
Beautiful Barbet, *Lath. Syn.* ii. p. 498. 4.

Habitat in *Maynas* ad *Amazonum* fluvium.—6 pollices longus. *Remiges* fuscæ extus virides.

5.
macrorynchos. B. niger, fronte gula jugulo abdomine rectricibusque apice albis, fascia pectorali nigra.
Bucco macrorhynchos, *Gmel. Syst.* i. p. 406.
Tamatia noir et blanc, *Buf.* vii. p. 99.
Le plus grand Barbu à gros bec, *Pl. Enl.* 689.
Greater pied Barbet, *Lath. Syn.* ii. p. 498. 5.

Habitat in *Cayana.*—7 pollices longus.
Rostrum magnum, validum, nigrum, apice bifidum.

6.
melanoleucos. B. niger, corpore subtus fronte gula macula scapulari strigaque pone oculos albis, fascia pectorali lata nigra.
Bucco melanoleucos, *Gmel. Syst.* i. p. 406.
Tamatia noir et blanc, *Buf.* vii. p. 99.
Barbu à poitrine noire de Cayenne, *Pl. Enl.* 688. f. 2.
Lesser pied Barbet, *Lath. Syn.* ii. p. 499. 6.

Habitat in *Cayana.*—5 pollices longus.
Rostrum apice bifidum ut in præcedente, cui valde similis, at minor: *rectrices* apice albæ.

7.
philippensis. B. viridis, subtus flavicans maculis olivaceis, genis colloque subtus flavis, fronte fasciaque pectorali rubris.
Bucco philippensis, *Bris.* iv. p. 99. 4. t. 7. f. 2. *Mas.*—*Id.* 8vo. ii. p. 69. —*Gmel. Syst.* i. p. 407.
Barbu à gorge jaune, *Buf.* vii. p. 102. t. 5.
—— des Philippines, *Pl. Enl.* p. 331.
Yellow-throated Barbet, *Lath. Syn.* ii. p. 500. 7.

Habitat in *Philippinis* insulis.—$5\frac{1}{2}$ pollices longus.
Femina a *mare* discrepat *capite* et *pectore* rubro destitutis; *genis colloque* subtus albo flavescentibus.

8. niger. B. niger ſupra flavo varius, ſincipite rubro, lateribus colli ſtriga bifida, pectore abdomineque albis.
Bucco niger, *Gmel. Syſt.* i. p. 407.
Le Barbu de l'iſle de Luçon, *Son. Voy.* p. 68. t. 34.
Barbu à gorge noire, *Buf.* vii. p. 103.
Black-throated Barbet, *Lath. Syn.* ii. p. 501. 8.

HABITAT cum præcedente; *coccothrauſtis* magnitudine.
Roſtrum validum, nigrum, medio acute emarginatum: ſtriga alba collaris ſuperior a naribus ſupra oculos ad dorſum initium extendit, juxta oculum flava; altera a rictu oris ad pectus toto alba.

β. Le Barbu à plaſtron noir, *Buf.* vii. p. 104.
Barbu du Cap de Bonne Eſperance, *Pl. Enl.* 688. f. 1.

Hæc varietas a priore differt *corpore* ſupra fuſco flavoque variegato, *uropygio* toto flavo. An pullus?

9. parvus. B. fulvo-nigricans, ſubtus albus fuſco ſtriatus, gula lutea, ſtriga ſuboculari alba.
Bucco parvus, *Gmel. Syſt.* i. p. 407.
Le petit Barbu, *Buf.* vii. p. 105.
Barbu du Senegal, *Pl. Enl.* 746. 2.
Little Barbet, *Lath. Syn.* ii. p. 503. 9.

HABITAT in *Senegala*; inter minimos ſui generis.—4 poll. longus.
Roſtrum fuſcum: *pedes* incarnati.

10. grandis. B. viridis verſicolor, remigibus nigro variegatis, criſſo rubro.
Bucco grandis, *Gmel. Syſt.* i. p. 408.
Grand Barbu, *Buf.* vii. p. 106.—*Pl. Enl.* 871.
Grand Barbet, *Lath. Syn.* ii. p. 503. 10.

HABITAT in *Sina*.—11 pollices longus.
Roſtrum albidum apice nigrum: *caput* et *collum* cæruleo, *cervix* et *dorſum* caſtaneo ſplendent: *pedes* flaveſcentes.

β. B. ſordide viridis, ſubtus vireſcens, remigibus nigris, orbitis nudis rubicundis.
Grand Barbet, *Lath. Syn. Sup.* p. 95.

HABITAT

Habitat in *India.*—10 pollices longus.
Rostrum rubro-fuscum : *pedes* pallide flavi.

11.
viridis. B. viridis, capite colloque griseo-fuscis, supra poneque oculum utrinque macula alba.
Bucco viridis, *Gmel. Syst.* i. p. 408.
Le Barbu vert, *Buf.* vii. p. 107.
——— de Mahé, *Pl. Enl.* 870.
Green Barbet, *Lath. Syn.* ii. p. 504. 11.

Habitat in *India.*—6½ pollices longus.
Rostrum albicans : *remiges* primores fuscæ : *pedes* obscuri.

12.
Lathami. B. olivaceus, remigibus caudaque obscuris, facie mentoque ex subfusco rufescente.
Bucco Lathami, *Gmel. Syst.* i. p. 408.
Buff-faced Barbet, *Lath. Syn.* ii. p. 504. 12. t. 22.

Longitudo 6 pollicum.—*Rostrum* pallidum : *pedes* cum unguibus flavi.

13.
rubricapillus. B. viridis, vertice gulaque coccineis, humeris macula albida, pectore flavo fascia rubra nigro marginata, abdomine albo.
Bucco rubricapillus, *Gmel. Syst.* i. p. 408.
Red crowned Barbet, *Brown. Ill.* t. 14.—*Lath. Syn.* ii. p. 505. 14.

Habitat in *Zeylona.*—5½ pollices longus.
Rostrum obscurum : *supercilia* nigra : *pedes* rubicundi.

14.
indicus. B. viridis, subtus albus striis viridibus, capite nigro, fronte juguloque rubris, genis gula maculaque pectoris flavis.
Indian Barbet, *Lath. Syn. Sup.* p. 97.
Habitat in *India.*—Præcedenti similis.

15.
zeylanicus. B. viridis, capite colloque pallide fuscis, genis nudis flavis, tectricibus alarum albo maculatis.
Bucco zeylanicus, *Gmel. Syst.* i. p. 408.
Yellow-cheeked Barbet, *Brown. Ill.* t. 15.—*Lath. Syn.* ii. p. 506. 15.—*Id. Sup.* p. 95.

Habitat in *Zeylona.*—5½ pollices longus.—Arboribus insidet; voce *Turturis* murmurans, unde nomen ab insulanis *Kottorea.*
Rostrum rubrum : *pedes* lutei.

B. niger

16.
dubius. B. niger ſubtus ruber, faſcia pectoris femoribus criſſoque nigris.
Bucco dubius, *Gmel. Syſt.* i. p. 409.
Barbican, *Buf.* vii. p. 132.—*Pl. Enl.* 602.
Doubtful Barbet, *Lath. Syn.* ii. p. 506. 16.

HABITAT in *Barbariæ* maritimis; *Turdi* magnitudine.—9 pollices longus.

Roſtrum rubens, validum, naribus vibriſſis tectis, mandibula ſuperior margine bidentata, inferior ſubtus ſulcis tranſverſis exarata, baſi ſetis plurimis tecta: *cauda* longiuſcula ſubcuneiformis.

β. B. cæruleo-nigricans, dorſo macula alba, corpore ſubtus lunula pone oculos faſciaque alarum rubris.
Doubtful Barbet, *Lath. Syn. Sup.* p. 96.

HABITAT in *Africa*; magnitudine prioris.

Roſtrum flaveſcens, mandibula inferiore non ſulcata: ſub macula alba dorſi, cirrhus ſericeus argenteus, pennis apice quadratis: *tectrices* alarum majores apice rubræ, unde faſcia alarum: *gula* nigra.

17.
fuſcus. B. fuſcus, ſcapis pennarum flaveſcentibus, capite tumido, pectoris macula triquetra alba.
Bucco fuſcus, *Gmel. Syſt.* i. p. 408.
White-breaſted Barbet, *Lath. Syn.* ii. p. 505. 13.

HABITAT in *Cayana*; *Alaudæ* magnitudine.—7 pollices longus.

Roſtrum nigricans, compreſſum, apice incurvum, baſi oblique dimidiato-flavum: *cauda* cuneiformis.

18.
calcaratus. B. niger ſubtus cinereus, tectricibus alarum albo marginatis, flexura ſpinula alba.
Bucco cinereus, *Gmel. Syſt.* i. p. 409.
Corvus auſtralis, — — p. 377.
Cuculus tranquillus, — — p. 417.
Coucou noir de Cayenne, *Buf.* vi. p. 416.—*Pl. Enl.* 512.
Red-billed Crow, *Lath. Syn.* i. p. 403. 40.
Cayenne black Cuckow, — ii. p. 543. 42.
Wax-billed Barbet, — — ii. p. 507. 17.—*Id. Sup.* p. 96.

HABITAT in *Cayana*; *Merulæ* magnitudine.—11½ poll. longus.

Roſtrum compreſſum, incurvatum, miniatum, forma fere ut in *C. graculo*: *alarum calcar* albidum, ⅛ pollicis longum, apice obtuſiuſculum: *cauda* rotundata.

19.
Gerini. B. rufus, pectore albido, capite ſuperiore dorſo alis caudaque cæruleis, macula verticis gula juguloque nigris.
Picus indicus magna ex parte cæruleus, *Ger. Orn.* ii. p. 51. t. 181.

Magnitudo *Turdi.*—Long. fere 9 pollices.
Roſtrum validum et *pedes* nigri: *caput* ſuperius cæruleum, medio macula nigra; infra oculos, *gula*, et *colli* pars antice uſque ad dimidium late nigra; *remiges* nigri.

Genus XX. CUCULUS.

Roſtrum teretiuſculum, gracile, ſubincurvatum.
Nares margine prominulæ.
Pedes ſcanſorii.

1.
canorus. C. cinereus, ſubtus albidus fuſco tranſverſim ſtriatus, cauda rotundata nigricante albo punctata.
Cuculus canorus, *Lin. Syſt.* i. p. 168. 1.—*Faun. Suec.* N° 96.—*Gmel. Syſt.* i. p. 409.—*Scop. Ann.* i. N° 48.—*Raii Syn.* p. 23.—*Will.* p. 6. t. 10. 27.—*Briſ.* iv. p. 105. 1.—*Id.* 8vo. ii. p. 70—*Klein. Av.* p. 30. 1.—*Id. Stem.* p. 5. t. 4. f. 5. a-c.—*Friſch.* t. 40. 41.—*Kram. El.* p. 337.—*Brun.* N° 36.—*Muller*, N° 95.—*Georgi*, p. 165.——*Faun. Arag.* p. 73.—*Sepp. Vog.* t. p. 117.—*Schæf. El.* t. 31.—*Naturf.* iv. p. 582. t. 18. f. 1.—*Ger. Orn.* i. p. 80. t. 67. 69.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 125. 2.
Il Cuculo, *Olin. uc.* t. p. 38.—*Cett. uc. Sard.* p. 86.
Coucou, *Buf.* vi. p. 305.—*Pl. Enl.* 811.
Kuckuck, *Wirſing. Vog.* t. 38. 39. 40.
Common Cuckow, *Br. Zool.* i. N° 82. t. 36.—*Id.* fol. 80. t. G. G. 1.—*Arct. Zool.* ii. p. 266. A.—*Flor. Scot.* i. N° 68.—*Alb.* i. t. 8.—*Hayes Br. Birds*, t. 17. 18.—*Lewin. Br. Birds*, ii. t. 42.—*Id.* t. viii. f. 1. (*Ovum.*)—*Lath. Syn.* ii. p. 509. 1.—*Id. Sup.* p. 98.

Habitat in *Europa*, *Aſia*, *Africa*; in *Anglia* ſatis frequens.—Migratoria; ſub medium *Aprilis* cuculare auditur; ad finem *Julii* ſilet.—Incubare ipſe impotens, *ova* in alienis nidis parit. Victitat inſectis, et *Phalænarum* larvis. *Caro* ſapida.
Junior avis ab adulto multum colore differt: *corpore* ſupra fuſco pennis

pennis albo marginatis, ſubtus faſciis albis fuſciſque, *corpore* toto plus minuſve ad rufum vergente.—Longitudo 14 pollicum.

In omni ætate margines palpebrarum, rictus oris, et palatum crocea. *Ovum* rufo-album fuſco-nigricante denſe maculatum, pondere grana 44-54 æquans.

β. Cuculus rufus, *Briſ.* iv. p. 110. 1. A.—*Id.* 8vo. ii. p. 72.—*Friſch* t. 42.
—— ex rufo et albo varius, &c.—*Ger. Orn.* i. p. 80. t. 68.
Rufous Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 512. 1. A.

Varietas hæc junioris, *corpore* ſupra rufo vario.

γ. C. griſeo-undulatus, rectricibus intermediis ordine punctorum alborum duplici notatus, roſtro orbitis pedibuſque ſulphureis, *Naturf. Geſ.* 7. p. 452.—*Gmel. Syſt.* i. p. 409.

2. capenſis. C. viridi-fuſcus, collo ſubtus tectricibuſque alarum rufis, corpore ſubtus albo nigro tranſverſim lineato, cauda rufa apice alba.
Cuculus capenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 410.
Coucou du Cap de Bonne Eſperance, *Buf.* vi. p. 353.—*Pl. Enl.* 390.
Edolio, *Kolb. Cap. (ed. Angl.)* ii. p. 150.
Cape Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 513. 2.

Habitat ad *Caput Bonæ Spei.*—Vix 12 pollices longus.
Roſtrum et *pedes* fuſci: *irides* flavæ: *remiges* nigricantes.

3. glandarius. C. cauda cuneiformi, capite ſubcriſtato, alis albo et cineraſcente maculatis, faſcia oculari nigra.
Cuculus glandarius, *Lin. Syſt.* i. p. 169. 5.—*Gmel. Syſt.* i. p. 411.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 125. 1. t. 15. A.
Cuculus Andaluſiæ, *Briſ.* iv. p. 126. 10.—*Id.* 8vo. ii. p. 76.—*Klein. Av.* p. 30. 5.—*Ger. Orn.* i. p. 81. t. 70.
Le grand Coucou tacheté, *Buf.* vi. p. 361.
Great ſpotted Cuckow, *Edw.* t. 57.—*Lath. Syn.* ii. p. 513. 3.

Habitat in *Africa* ſeptentrionali, et *Europa* auſtraliore; *Picæ* magnitudine.—13½ pollices longus.

Roſtrum nigrum: *dorſum* fuſcum: *alæ* albo punctatæ: ſubtus teſtaceus eſt: *caput* cinereum, ſubcriſtatum, linea nigra trans oculos: *rectrices* laterales apice albæ.

C. fuſcus,

4. taitensis. C. fuscus ferrugineo maculatus, subtus candidus longitudinaliter fusco striatus, cauda cuneiformi fasciis sublunatis ferrugineis.
Cuculus taitensis, *Muf. Carlf.* fasc. ii. t. 32.
——— taitius, *Gmel. Syst.* i. p. 412.
Ara Wereroa, *Cook's Voy.* iv. p. 272.—*Id. last. Voy.* i. p. 150. 220. 333.
Le Coucou brun varié de noir, *Buf.* vi. p. 376.
Society Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 514. 4.

Habitat in *Oceani pacifici* insulis, *Otaheite*, *nova Zealandia*, *Tongatabboo*, aliisque.—19 pollices longus.
Rostrum nigricans, subtus pallidum: *irides* flavescentes. In quibusdam maculæ albæ.

5. mindanensis. C. cauda rotundata, corpore viridi-aureo fusco-albo maculato, subtus albo nigricante undulato.
Cuculus mindanensis, *Lin. Syst.* i. p. 169. 3.—*Gmel. Syst.* i. p. 412.
————— nævius, *Bris.* iv. p. 130. 12. t. 12. f. 1.—*Id.* 8vo. ii. p. 77.—*Ger. Orn.* i. p. 82. t. 76.
Le Coucou varié de Mindanao, *Buf.* vi. p. 575.—*Pl. Enl.* 277.
Mindanao Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 515. 5.

Habitat in *Philippinis insulis*, *Mindanao*.—14½ pollices longus.
Rostrum et *pedes* grisei: *cauda* elongata, fusco nitens, apice albo.

6. scolopaceus. C. cauda cuneiformi, corpore undique griseo fuscoque nebuloso.
Cuculus scolopaceus, *Lin. Syst.* i. p. 170.—*Gmel. Syst.* i. p. 415.
——— bengalensis nævius, *Bris.* iv. p. 132. 13.—*Id.* 8vo. ii. p. 78.—*Klein. Av.* p. 31. 7.
Le Boutsallik, *Buf.* vi. p. 372.
Coucou tacheté de Bengale, *Pl. Enl.* 586.
Brown and spotted Indian Cuckow, *Edw.* t. 59.
Indian spotted Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 516. 6.

Habitat in *Bengala*.—14 pollices longus.
Rostrum et *pedes* griseo-virescentes: *cauda* rufescens, fasciis obliquis fuscis.

7. maculatus. C. cauda elongata, corpore viridi-griseo fusco nitente albo variegato, subtus fasciato, capite nigro.
Cuculus maculatus, *Gmel. Syst.* i. p. 415.
Coucou tacheté de la Chine, *Buf.* vi. p. 378.—*Pl. Enl.* 764.
Chinese spotted Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 516. 7.

Habitat in *Bengala*.—14 pollices longus.
Rostrum et *pedes* flavescentes: *cauda* apice vix rotundata.

8.
punctatus. C. cauda cuneiformi, corpore nigricante rufo punctato, subtus rufo strigis nigris, rectricibus rufo fasciatis.
Cuculus punctatus, *Lin. Syst.* i. p. 170. 8.—*Gmel. Syst.* i. p. 413.
——— indicus nævius, *Bris.* iv. p. 134. 14. t. 10. f. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 79.
Coucou brun picqueté de roux, *Buf.* vi. p. 377.
——— tacheté des Indes or. *Pl. Enl.* 771.
Rufous spotted Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 517. 8.

Habitat in *India*, et *Philippinis insulis*; major *Canoro*.—16½ pollices longus.
Rostrum corneum, a rictu oris infra oculos ad aures fascia rufa: *pedes* griseo-fusci.
Femina capite et *collo* superiore maculis rufis rarioribus, subtus dilutior.

9.
panayus. C. cauda integra, corpore fusco rufo-flavo maculato, subtus caudaque rufo-nigro fasciata, gula nigra maculis flavis.
Cuculus panayus, *Gmel. Syst.* i. p. 413.
Coucou tacheté de l'isle de Panay, *Son. Voy.* p. 120. t. 78.
Panayan spotted Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 517. 9.

Habitat in *insula Panay*; *Canoro* multo major.
Rostrum nigrum: *irides* flavæ: *pedes* plumbei.

10.
orientalis. C. cauda rotundata, corpore nigro-virente nitente, rostro fusco.
Cuculus orientalis, *Lin. Syst.* i. p. 168. 2.—*Gmel. Syst.* i. p. 410.
——— indicus niger, *Bris.* iv. p. 142. t. 10. f. 1.—*Id.* 8vo. ii. p. 81.
Le Coukeel, *Buf.* vi. p. 383. 1.
Coucou noir des Indes, *Pl. Enl.* 274. f. 1.
Eastern black Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 518. 10.

Habitat in *India*; *Columbæ* magnitudine.—16 pollices longus.
Rostrum et *pedes* grisei.

β. C. cæruleo-nigricante nitens, remige extima breviore.
Le Coukeel, *Buf.* vi. p. 383. 2.—*Lath. Syn.* ii. p. 518. 10. A.

Habitat in *Mindanao*; magnitudine *Canori*.—14 pollices longus.
Caudam gerit expansam: remex tertia reliquis longior.

γ. C. cauda cuneiformi, corpore nigro, roſtro flavo.
Cuculus niger, *Lin. Syſt.* i. p. 170. 12.—*Gmel. Syſt.* i. p. 415.—*Klein. Av.* p. 31. 6.
——— bengalenſis niger, *Briſ.* iv. p. 141. 17.—*Id.* 8vo. ii. p. 80.—*Ger. Orn.* i. p. 82. t. 72.
Coukeel, *Buf.* vi. p. 384. 3.—*Eſſ. philoſ.* p. 68.
Black Indian Cuckow, *Edw.* t. 58.—*Lath. Syn.* ii. p. 519. B.

HABITAT in *Bengala.*—9 pollices longus.

11.
indicus. C. cauda rotundata, corpore nigro, alis rectricibuſque ad apicem lineis transverſis tribus nigris.
Eaſtern black Cuckow, *Lath. Syn. Sup.* p. 99.

HABITAT in *India*; *Picæ* magnitudine.—16 pollices longus.—Gregatim volat; victitans inſectis.—A *Mahometanis* veneratur, at minus ſuperſtitioſis *caro* in deliciis habetur.—Egregie cantillare fertur.

Roſtrum validiuſculum, albidum: *pedes* cæruleſcentes: *alæ* lineis 3 tranſverſis albis: *cauda* tranſverſim irregulariter lineata.

12.
ſerratus. C. cauda cuneiformi, capite criſtato, corpore nigro nitido, macula alarum ſerratiformi alba.
Cuculus ſerratus, *Muſ. Carlſ.* faſc. i. t. 3.—*Gmel. Syſt.* i. p. 412.
——— ater, *Gmel. Syſt.* i. p. 415.
Creſted black Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 519. 11.—*Id. Sup.* p. 100.

HABITAT ad *Caput B. Spei.*—12½ pollices longus.

Roſtrum nigrum, incurvum: *remiges* primores 4 ſ. 5 extimæ baſi albæ, unde macula alarum: *femorum* plumæ laxæ, elongatæ: *pedes* nigri.

13.
melanoleucos. C. cauda cuneiformi, capite criſtato, corpore ſupra nigro, ſubtus macula alarum rectricibuſque apice albis.
Cuculus melanoleucos, *Gmel. Syſt.* i. p. 416.
Jacobin huppé de Coromandel, *Buf.* vi. p. 380.—*Pl. Enl.* 872.
Coromandel creſted Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 520. 12.

HABITAT in *Coromandela.*—11 pollices longus.

Roſtrum nigrum: *pedes* fuſci.

14.
piſanus. C. cauda cuneiformi, capite criſtato, corpore nigro alboque vario ſubtus albo, gula pectore criſſo remigibuſque rufis.

Cuculus pisanus, *Gmel. Syst.* i. p. 416.
——— ex nigro et albo mixtus, *Ger. Orn.* i. p. 81. t. 71.
Coucou huppé noir et blanc, *Buf.* vi. p. 362.
Pisan Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 520. 13.

Hæc avis in dumetis prope *Pisam*, anno 1739, nidificavit, et 4 pullos habuit; ab hoc vero tempore nullus amplius hujus speciei Cuculus observatus fuit. *Canoro* paulo major.

Rostrum fuscescens: *tectrices caudæ* subtus rufæ, *remiges* et *rectrices* apice albæ: *pedes* virides.

15. madagascariensis. C. olivaceus fusco undulatus, gula lutescente, pectore abdomineque antice fulvis, cauda cuneiformi, rectricibus lateralibus apice albis.
Cuculus madagascariensis, *Gmel. Syst.* i. p. 416.
Coucou verdatre de Madagascar, *Buf.* vi. p. 364.—*Pl. Enl.* 815.
Great Madagascar Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 521. 14.

Habitat in *Madagascaria*.—21½ pollices longus.
Rostrum nigrum: *irides* aurantiæ.

β. C. olivaceus fusco undulatus, subtus fulvus, pileo nigro, vertice nudo cæruleo rugoso.
Gr. Madagascar Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 521. 14. A.

Habitat cum priore; *Gallinæ* magnitudine.—22 poll. longus.

16. cristatus. C. cauda rotundata, capite cristato, corpore cinereo-virescente, abdomine rufo-albo, rectricibus lateralibus apice albis.
Cuculus cristatus, *Lin. Syst.* i. p. 171. 19.—*Gmel. Syst.* i. p. 420.
——— madagascariensis cristatus, *Bris.* iv. p. 149. 22. t. 12. f. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 83.—*Ger. Orn.* i. p. 83. t. 77.
Coucou huppé de Madagascar, *Pl. Enl.* 589.
Coua, *Buf.* vi. p. 365. 4. t. 16.
Madagascar crested Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 522. 15.

Habitat in *Madagascaria*; *C. glandarii* magnitudine.—Long. 14 poll.
Rostrum et *pedes* nigri: *irides* aurantiæ: *collum* subtus cinereum: *pectus* vinaceum.

17. ægyptius. C. cauda cuneiformi, corpore viridi-fusco subtus rufo-albo, capite cervice caudaque viridi-chalybeis, alis rufis.
Cuculus ægyptius, *Gmel. Syst.* i. p. 420.

Houhou

Houhou d'Egypte, *Buf.* vi. p. 367.
Egyptian Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 522. 16.

Habitat in *Egypti* fruticetis.—14-16 pollices longus.—Victitat imprimis *locustis.* *Mas* et *femina* individui socii.
Rostrum et *pedes* nigri: *irides* rubræ.

β. C. splendide niger, alis rufis.
Coucou des Philippines, *Buf.* vi. p. 369.—*Pl. Enl.* 824.
Egyptian Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 523. 16. A.

Habitat cum priore, cujus forte *mas* est.

γ. C. viridi-nigricans, alis rubro-fuscis, cauda nigra, ungue postico interiore recto subulato.
Coucou vert d'Antigue, *Son. Voy.* p. 181. t. 80.
Egyptian Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 523. 16. B.—*Id. Sup.* p. 100.

Habitat in *Sina.*—Flexura alarum spinula obtusa.

18. Tolu. C. cauda cuneiformi, corpore virescenti-atro, alis castaneis, capite collo dorsoque antice nigricantibus rufo striatis.
Cuculus Tolu, *Gmel. Syst.* i. p. 422.
——— madagascariensis, *Bris.* iv. p. 138. 16. t. 13. f. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 80.
Coucou de Madagascar, *Buf.* vi. p. 369. t. 17.—*Pl. Enl.* 295. f. 1.
Long-heeled Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 524. 17.

Habitat in *Madagascaria.*—14½ pollices longus.
Rostrum fuscum: pennæ *capitis colli*que rigidæ: *unguis* posticus internus rectus subulatus.

19. senegalensis. C. cauda cuneiformi, corpore griseo subtus albo, pileo rectricibusque nigricantibus.
Cuculus senegalensis, *Lin. Syst.* i. p. 169. 6.—*Gmel. Syst.* i. p. 412.—*Bris.* iv. p. 120. 7. t. 8. f. 1.—*Id.* 8vo. ii. p. 75.—*Borowsk. Nat.* ii. p. 129. 4.
Coucou du Senegal, *Pl. Enl.* 332.
Rufalbin, *Buf.* vi. p. 370.
Strait-heeled Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 525. 18.

Habitat in *Senegala*; *Canoro* major.—Long. poll. 15¼.

Rostrum

Roſtrum nigrum: *uropygium* fuſcum, ſtriis ſaturatioribus: *remiges* rufæ apice fuſceſcentes: *pedes* griſei, digito poſtico interno recto, longiore, ut in præcedente.

20. bengalenſis. C. cauda cuneiformi, corpore ferrugineo albo nigroque longitudinaliter ſtriato, abdomine fuſco-flaveſcente, remigibus rectricibuſque lateralibus rufis nigro faſciatis.
Cuculus bengalenſis, *Gmel. Syſt.* i. p. 412.
Lark-heeled Cuckow, *Brown. Ill.* p. 26. t. 13.—*Lath. Syn.* ii. p. 525. 19.

Habitat in *Bengala*; *Alauda* major.
Tres ultimæ aves, digitis poſticis ſubulatis, inter ſe nonnihil affines.

21. honoratus. C. cauda cuneiformi, corpore nigricante albo maculato, ſubtus albo cinereoque faſciato.
Cuculus honoratus, *Lin. Syſt.* i. p. 169. 7.—*Gmel. Syſt.* i. p. 413.
——— malabaricus nævius, *Briſ.* iv. p. 136. 15. t. 11. A. f. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 79.
Cuil, *Buf.* vi. p. 375.—*Eſſ. philoſoph.* p. 68.
Coucou tacheté de Malabar, *Pl. Enl.* 294.
Sacred Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 526. 20.

Habitat in *Malabaria*.—11½ pollices longus.—Inſectis et reptilibus victitans; hinc forte ab incolis honoratus. Egregie cantillare fertur. *Caro* ſapida.
Pennæ corporis ſingulæ maculis duabus albis.

22. radiatus. C. fuſco-nigricans, genis gulaque vinaceis, pectore abdomineque flaveſcentibus nigro faſciatis, rectricibus nigris albo faſciatis.
Cuculus radiatus, *Gmel. Syſt.* i. p. 420.
Coucou brun et jaune à ventre rayé, *Buf.* vi. p. 379.
——— à ventre rayé de Panay, *Son. Voy.* p. 120. t. 79.
Panayan Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 527. 21.

Habitat in inſula *Panay*; *Canori* magnitudine.
Roſtrum nigrum: *irides* aurantiæ; *pedes* rubicundi.

23. poliocephalus. C. cauda ſubcuneiformi, corpore ſupra fuſco-cinereo, ſubtus albo griſeo faſciato, capite colloque pallide griſeis, rectricibus albis faſciis obſcuris.
Grey-headed Cuckow, *Lath. Syn. Sup.* p. 102.

Habitat in *India*; præcedenti nimis ſimilis.

C. nigro

24.
Sonneratii. C. nigro fafciatus, fupra rufo-fufcus fubtus albus, rectricibus nigro maculatis.
Le petit Coucou des Indes, *Son. Voy. Ind.* ii. p. 211.
Sonnerat's Cuckow, *Lath. Syn. Sup.* p. 102. 48.

HABITAT in *India*; *Merulæ* magnitudine.
Roftrum, *irides*, et *pedes* flava.

25.
hepaticus. C. cauda cuneiformi, corpore brunneo nigroque undulato, uropygio ferrugineo, roftro alarum apicibus caudaque fafciis nigris, fubtus albicans nigro undulatus, pedibus flavis.
Cuculus hepaticus, *Muf. Carlf.* fafc. iii. t. 55.

Longitudo 13½ poll.—*Rectrices* fufco-ferrugineæ, nigro fafciatæ, apicibus nigris; macula parva terminali alba.

26.
flavus. C. cauda cuneiformi, corpore pallide fufco fubtus rufo-flavefcente, pileo gulaque cinereis, rectricibus nigris albo fafciatis.
Cuculus flavus, *Gmel. Syft.* i. p. 421.
Le petit Coucou à tête grife et ventre jaune, *Buf.* vi. p. 382. 15.
Le Coucou petit de l'ifle de Panay, *Son. Voy.* p. 122. t. 81.—*Pl. Enl.* 814.
Yellow-bellied Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 527. 22.

HABITAT in infula *Panay*; *Merulæ* magnitudine.—8 poll. longus.
*Roftrum pedef*que flavi: *irides* flavæ.

27.
auratus. C. cauda cuneiformi, corpore fupra viridi-aureo fubtus albo, capite ftriis quinque albis, rectricibus 2 extimis latere exteriore omnibus apice albis.
Cuculus auratus, *Gmel. Syft.* i. p. 421.
Coucou vert doré et blanc, *Buf.* vi. p. 385.
———— du Cap de B. Efp. *Pl. Enl.* 657.
Gilded Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 527. 23.

HABITAT ad *Caput B. Spei.*—7 pollices longus.
Roftrum fufco-virefcens: *pedes* grifei: *tectrices* alarum plurimæ et *remiges* fecundariæ apice albæ. Pulcherrima avis.

28.
lucidus. C. fulgidus, cauda fubæquali, corpore fupra viridi-aureo, fubtus albicante viridi aureo fufcoque undulato.
Cuculus lucidus, *Gmel. Syft.* i. p. 421.
Shining Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 528. 24. t. 23.—*Cook's laft Voy.* i. p. 150.

HABITAT

Habitat in *nova Zealandia.*—7 pollices longus.
*Roſtrum pedeſ*que cæruleſcentes : *irides* avellaneæ.

29. paradiſeus. C caudæ rectricibus binis longiſſimis apice dilatatis, capite criſtato, corpore viridi.
Cuculus paradiſeus, *Gmel. Syſt.* i. p. 422.
——— ſiamenſis criſtatus viridis, *Briſ.* iv. p. 151. 23. t. 14. A. f. 1.—*Id.* 8vo. ii. p. 83.—*Ger. Orn.* i. p. 82. t. 75.
Le Coucou á longs brins, *Buf.* vi. p. 387.
Paradiſe Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 529. 25.

Habitat in *Siam* ; *Glandarii* magnitudine.—17 pollices longus.
Roſtrum nigricans : *irides* cæruleæ : *pedes* griſei.

30. coromandus. C. cauda cuneiformi, capite criſtato, corpore nigro, ſubtus torqueque collari albo.
Cuculus coromandus, *Lin. Syſt.* i. p. 171. 20.—*Gmel. Syſt.* i. p. 421.
——— coromandelanenſis criſtatus, *Briſ.* ii. p. 147. 21. t. 11. A. f. 1. —*Id.* 8vo. ii. p. 82.—*Ger. Orn.* i. p. 82. t. 74.
Coucou huppé à collier, *Buf.* vi. p. 388.
——————— de Coromandel, *Pl. Enl.* 274. f. 2.
Collared Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 529. 26.

Habitat in *Coromandela.*—12½ pollices longus.
Roſtrum et *pedes* cinerei : *irides* flavicantes : pone oculum utrinque macula griſeo-alba : *remiges* primores rufæ, ſecundariæ margine rufo : *cauda* nigra, cuneiformis, at *rectrices* 2 intermediæ præter modum laterales longitudine excedunt.

31. cornutus. C. cauda cuneiformi, capite criſta bifida, corpore fuliginoſo, cauda apice alba.
Cuculus cornutus, *Lin. Syſt.* i. p. 171. 27.—*Gmel. Syſt.* i. p. 422.
——— braſilienſis cornutus, *Briſ.* iv. p. 145. 20.—*Id.* 8vo. ii. p. 82.
Atinga guacu mucu, *Raii Syn.* p. 165. 2.—*Will.* p. 146. t. 38.—*Id. (Angl.)* p. 198.—*Buf.* vi. p. 409.
Horned Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 530. 27.

Habitat in *Braſilia.*—12 pollices longus.
Roſtrum flavo-vireſcens : *irides* ſanguineæ : *pedes* cinerei : *criſta* e pennis longiuſculis, quas inſtar duorum cornuum ſurrigere poteſt.

C. cauda

32. sinensis. C. cauda cuneiformi longa, corpore cæruleo subtus albo, rectricum apicibus macula alba.
Cuculus sinensis, *Lin. Syst.* i. p. 171. 16.—*Gmel. Syst.* i. p. 418.
——— cæruleus, *Bris.* iv. p. 157. 27. t. 14. A. f. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 85.—*Ger. Orn.* i. p. 83. t. 80.
Sanhia de la Chine, *Buf.* vi. p. 389.
Chinese Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 530. 28.

HABITAT in *Sina*; magnitudine *Merulæ*.—13 pollices longus.
Rostrum, *irides*, et *pedes* rubra: *vertex* albus punctis cæruleis: reliquum *caput* et *gula* nigra, pone oculum macula rotunda candida: *rectrices* 2 intermediæ reliquas longe excedunt.

33. cæruleus. C. cauda rotundata, corpore cæruleo.
Cuculus cæruleus, *Lin. Syst.* i. p. 171. 15.—*Gmel. Syst.* i. p. 418.
——— madagascariensis cæruleus, *Bris.* iv. p. 156. 26. t. 13. f. 1.—*Id.* 8vo. ii. p. 85.—*Ger. Orn.* i. p. 82. t. 78.
Tait-sou, *Buf.* vi. p. 391. t. 18.
Coucou bleu de Madagascar, *Pl. Enl.* 295. 2.
Blue Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 531. 29.

HABITAT in *Madagascaria*; *Canori* magnitudine.—17 poll. longus.
Rostrum et *pedes* nigri: *remiges* et *rectrices* subviolaceæ.

34. afer. C. viridi-æneus, subtus griseus, capite colloque cinereis, vertice splendide nigro, cauda subtus nigra.
Cuculus afer, *Gmel. Syst.* i. p. 418.
——— madagascariensis major, *Bris.* iv. p. 160. 28. t. 15. f. 1.—*Id.* 8vo. ii. p. 86.
Le Vourou-driou, *Buf.* vi. p. 395.
Le grand Coucou de Madagascar, *Pl. Enl.* 587.
African Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 532. 36.

HABITAT in *Madagascaria*.—17 pollices longus.
Rostrum nigricans: *pedes* rubicundi: linea inter rostrum et oculos nigra: *cauda* integra.

β. C. corpore supra cum capite fusco rufoque striato, subtus rufescente maculis nigricantibus, rectricibus fuscis apice rufis.
Cuculus madagascariensis major (*Femina*), *Bris.* iv. p. 162. t. 15. f. 1. —*Id.* 8vo. ii. p. 86.

 Femelle

Femelle du grand Coucou de Madagafcar, *Pl. Enl.* 588.—*Buf.* vi. p. 396.—*Lath. Syn.* ii. p. 532. 30. A.

Habitat cum priore, quo major. An fexus alter?

35. Indicator. C. cauda cuneiformi, corpore ferrugineo-grifeo fubtus albido, humeris macula flava, rectricibus tribus exterioribus bafi macula nigra.

Cuculus Indicator, *Mill. Ill.* t. 24. f. A.—*Gmel. Syft.* i. p. 418.—*Borowfk. Nat.* ii. p. 130. 6.

Le Coucou indicateur, *Buf.* vi. p. 392.

Moroc, *Lobos Abyffin. (ed. Angl.* 1735.*)* p. 52.

Honey-Guide, *Phil. Tranf.* lxvii. p. 38. t. 1.—*Sparrm. Voy.* ii. p. 191.—*Gent. Mag.* xlvii. t. p. 468.

Honey-Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 533.—*Id. Sup.* p. 101.

Habitat in *Africæ* interioribus, ad *Caput Bonæ Spei.* Mellis caufa apium fylveftrium alvearia venatoribus voce fua indicat.—6 poll. longus.

Roftrum bafi fufcum, apice luteum: capiftrum *mari* nigrum.

36. Vetula. C. cauda cuneiformi, corpore fubfufco fubtus teftaceo, ciliis rubris.

Cuculus Vetula, *Lin. Syft.* i. p. 169. 4.—*Gmel. Syft.* i. p. 410.—*Borowfk. Nat.* ii. p. 129. 3.

——— jamaicenfis longirofter, *Brif.* iv. p. 116. 5. t. 17. f. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 74.—*Klein. Av.* p. 31. 8.—*Ger. Orn* i. p. 83. t. 79.

Le Coucou à long bec, Tacco, *Buf.* vi. p. 402.—*Pl. Enl.* 772.

Picus, feu Pluviæ avis canefcens, *Raii. Syn.* p. 182. 13.—*Sloan. Jam.* p. 313. 53. t. 258. f. 2.

Long-billed rain Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 535. 32.

Habitat in *Jamaicæ* fylvis, voce clamofiore pluviam præfagit.—15 pollices longus.

Roftrum reliquis longius, rectius: *palpebræ* punctis coccineis: *cauda* longa, rectricibus 2 intermediis cinereo-olivaceis, lateralibus nigricantibus apice albis.

37. pluvialis. C. cauda cuneiformi, corpore cinereo-olivaceo fubtus rufo, collo inferiore albo, rectricibus lateralibus nigris, extimis latere interiore, omnibus apice albis.

Cuculus pluvialis, *Gmel. Syft.* i. p. 411.

——— jamaicenfis, *Brif.* iv. p. 114. 4.—*Id.* 8vo. ii. p. 73.

Picus

Picus major leucophæus, &c. *Raii Syn.* p. 182. 12.
Cuculus jamaicenſis major, *Sloan. Jam.* p. 312. t. 258. f. 1.—*Brown. Jam.* p. 476.—*Klein. Av.* p. 31. 8.
Le Coucou dit Vieillard, *Buf.* vi. p. 398.
Rain Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 536. 33.

HABITAT cum priore, a quo maxime differt roſtro breviore: *Cauda* ſimilis, at *rectrices* extimæ margine albo.—16-17 pollices longus.

38. Seniculus. C. cauda cuneiformi breviore, corpore cinereo ſubtus rufeſcente, gula alba.
Cuculus minor, *Gmel. Syſt.* i. p. 411.
Petit Vieillard, *Buf.* vi. p. 401.
Coucou des Paletuviers, *Pl. Enl.* 813.
Mangrove Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 537.

HABITAT in *Cayanæ* inundatis.—12 pollices longus.
Victitat *inſectis*, *coleopterorum* larvis.

39. americanus. C. cauda cuneiformi, corpore ſupra cinereo ſubtus albo, mandibula inferiore lutea.
Cuculus americanus, *Lin. Syſt.* i. p. 170. 10.—*Gmel. Syſt.* i. p. 414.
——— carolinenſis, *Briſ.* iv. p. 112. 3.—*Id.* 8vo. ii. p. 73.—*Klein. Av.* p. 30. 2.
Le Vieillard à ailes rouſſes, *Buf.* vi. p. 400.
Coucou de la Caroline, *Pl. Enl.* 816.
Carolina Cuckow, *Cat. Car.* i. t. 9.—*Arct. Zool.* ii. N° 155.—*Lath. Syn.* ii. p. 527. 35.

HABITAT in *Carolinæ* ſylvis, *Jamaica.*—Migratorius.—*Nidum* ex bacillis et radicibus ſtruit, more *Glandarii*, et 4 *ova* cæruleſcente-alba ponit.—12 pollices longus.
Remiges rufæ: *cauda* maxime cuneiformis, *rectricibus* 2 intermediis cinereis, reliquis nigris apice albis.

40. Guira. C. albo-flaveſcens criſtatus, capite collo tectricibuſque alarum fuſco flaveſcenteque variis, rectricibus fuſcis apice albis.
Cuculus Guira, *Gmel. Syſt.* i. p. 414.
——— braſilienſis criſtatus, *Briſ.* iv. p. 144. 19.—*Id.* 8vo. ii. p. 81.
Guira acangatara, *Raii Syn.* p. 45. 5.—*Will.* p. 96. t. 22.—*Id. (Angl.)* p. 140. t. 22.

Le Guira cantara, *Buf.* vi. p. 407.
Brasilian crested Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 538. 36.

HABITAT in *Brasiliæ* sylvis; clamosa avis; *Picæ* magnitudine.—14½ pollices longus.
Rostrum flavescens: *irides* fuscæ: *pedes* thalassini.

41. ridibundus. C. fulvus subtus niger, collo subtus pectoreque cinereis, rectricibus fulvo-nigricantibus.
Cuculus ridibundus, *Gmel. Syst.* i. p. 414.
Avis ridibunda, Quapachtototl, *Will.* p. 298.—*Id.* (*Angl.*) p. 387.—*Raii Syn.* p. 174.
Cuculus mexicanus, *Bris.* iv. p. 119. 6.—*Id.* 8vo. ii. p. 74.
Laughing Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 539.

HABITAT in *Mexico.* Æmula risus humani est hæc avis, propterea inauspicati ominis infamia incolis infensa. *Caro* non ingrata.—16 pollices longus.
Rostrum cyaneo-nigrum: *irides* albæ.

42. nævius. C. cauda cuneiformi, corpore fusco-ferrugineo, jugulo striis fuscis, rectricibus apice rufescentibus.
Cuculus nævius, *Lin. Syst.* i. p. 170. 9.—*Gmel. Syst.* i. p. 413.
——— cayanensis nævius, *Bris.* iv. p. 127. 11. t. 9. f. 1.—*Id.* 8vo. ii. p. 77.
Coucou brun varié de roux, *Buf.* vi. p. 411.
——— tacheté de Cayenne, *Pl. Enl.* 812.
Spotted Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 539.

HABITAT in *Cayana.*—10¾ pollices longus.
Tectrices caudæ elongatæ.

β. C. gula grisea, rectricibus lateralibus apice abdomineque albis.

A priore variat *cauda* longiore.

43. punctulatus. C. cauda cuneiformi, corpore fusco-nitente maculis rufescentibus, abdomine crissoque albidis.
Cuculus punctulatus, *Gmel. Syst.* i. p. 414.
Punctated Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 541.

HABITAT in *Cayana.*—9 pollices longus.
Rostrum nigrum: *pedes* fusci: *tectrices caudæ* superiores valde elongatæ.

C. cauda

44. dominicus. C. cauda cuneiformi, corpore griseo-fusco subtus albido, rectricibus lateralibus tribus apice albis.

Cuculus dominicus, *Lin. Syst.* i. p. 170. 13.—*Gmel. Syst.* i. p. 416. —*Bris.* iv. p. 110. 2. t. 9. f. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 72.

Le Cendrillard, *Buf.* vi. p. 413.

St. Domingo Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 541. 40.

Habitat in *Guiana, Dominicensi insula,* et *Ludovicia*; magnitudine *Turdi.*—10½ pollices longus.

Remiges rufæ, extus apiceque griseo-fuscæ: *rectrix* extima margine exteriore longitudinaliter alba.

45. cayanus. C. cauda cuneiformi, corpore castaneo-purpurascente subtus cinereo, rectricibus omnibus apice albis.

Cuculus cayanus, *Lin. Syst.* i. p. 170. 14.—*Gmel. Syst.* i. p. 417.

——— cayanensis, *Bris.* iv. p. 122. 8. t. 8. f. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 75.

Coucou piaye, *Buf.* vi. p. 414.

——— de Cayenne, *Pl. Enl.* 211.

Cayenne Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 542. 41.

Habitat in *Cayana*, ad ripas fluviorum.—Victitat insectis—15¼ pollices longus.—*Caro* ingrata.

β. Cuculus cayanensis minor, *Bris.* iv. p. 124. 9. t. 16. f. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 76.—*Lin. Syst.* i. p. 170. 14. β.—*Lath. Syn.* p. 542. 41. A.

Differt *corpore* minore; subtus, *collo* inferiore, *pectore*que castaneo-purpurascentibus.—10½ pollices longus.

γ. C. subtus cinereo-niger, capite cinereo, gula pectoreque rufis, rostro rufo, *Lath. Syn.* ii. p. 543. 41. B.

46. tenebrosus. C. cauda cuneiformi, corpore nigro, dorso infimo uropygio abdomine crisso femoribusque albis, fascia pectorali fulva.

Cuculus tenebrosus, *Pall. n. nord Beytr.* iii. p. 3. t. 1. f. 1.—*Gmel. Syst.* i. p. 417.

Le petit Coucou noir de Cayenne, *Buf.* vi. p. 417.—*Pl. Enl.* 505.

White-rumped black Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 544. 43.

Habitat in *Cayana*; solitaria avis. Victitat insectis.—8¼ pollices longus.

Rostrum obscurum: *pedes* breves, flavi.

C. cauda

47. pyrrhocephalus. C. cauda cuneiformi longiſſima, corpore nigro, pectore abdomineque albis, pileo geniſque coccineis.

Cuculus pyrrhocephalus, *Zool. Ind.* p. 16. t. 6.—*Gmel. Syſt.* i. p. 417.
Red-headed Cuckow, *Ind. Zool.* t. 6.—*Lath. Syn.* ii. p. 544. 44.

Habitat in *Zeylona*, ubi ſylvas frequentat, et fructibus vitam ſuſtentat.—16 pollices longus.

Roſtrum arcuatum flavo-vireſcens: pileus totus cum genis ruber, albo circumdatus: *collum* poſtice maculis parvis albis, antice toto nigrum: *cauda* maxime cuneiformis, *rectricibus* apice albis: *pedes* pallide cærulei.

48. braſilienſis. C. cauda ſubæquali, capite criſtato, corpore rubro, remigibus flaveſcentibus.

Cuculus braſilienſis, *Lin. Syſt.* i. p. 171. 18.—*Gmel. Syſt.* i. p. 419.
—————— criſtatus ruber, *Briſ.* iv. p. 154. 25.—*Id.* 8vo. ii. p. 84.—*Seba.* i. p. 102. t. 66. 2.
Le Couroucoucou, *Buf.* vi. p. 298.
Red-cheeked Cuckow, *Lath. Syn.* ii. p. 545. 45.

Habitat in *Braſilia.*—10 pollices longus.

Roſtrum pallide rubrum: *criſta* nigro varia: *abdomen* rubro-flaveſcens: *remiges caudaque* flavo-nigricantia.

49. Perſa. C. cauda æquali, capite criſtato, corpore viridi-cæruleſcente, remigibus ſanguineis.

Cuculus Perſa, *Lin. Syſt.* i. p. 171. 17.—*Gmel. Syſt.* i. p. 419.—*Scop. Ann.* i. N° 49.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 130. 5. t. 15. B.
——— guineenſis criſtatus viridis, *Briſ.* iv. p. 152. 24.—*Id.* 8vo. ii. p. 84.
——— ex Africa, ſive Cuculus Rex, *Ger. Orn.* i. p. 82. t. 73.
Le Touraco de Guinée, *Pl. Enl.* 601.—*Buf.* vi. p. 300. t. 15.
Crown Bird from Mexico, *Alb.* ii. t. 19.
Touraco, *Edw.* t. 7.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 130. t. 78.—*Klein. Av.* p. 36.—*Lath. Syn.* ii. p. 545. 46.

Habitat in variis *Africæ* partibus, vegetabilibus et fructibus victitans; *Picæ* magnitudine.

Roſtrum rubrum; faſcia ocularis nigra, linea alba ſupra et infra oculos: *palpebræ* carunculis rubris cinctæ: *nares* pennis recumbentibus tectæ. Variat *criſta* nigricante dependente; in quibuſdam viridi, erectiuſcula, albo varia.

Genus

Genus XXI. YUNX.

Roſtrum teretiuſculum, paulo incurvatum, debile.
Nares concavæ, denudatæ.
Lingua teres, lumbriciformis, longiſſima, apice mucronata.
Rectrices decem flexiles.
Pedes ſcanſorii.

Torquilla. Y. griſea fuſco nigricanteque varia, abdomine rufeſcente-albo maculis nigricantibus, rectricibus maculis ſtriis faſciiſque nigris undulatis.

Yunx torquilla, *Lin. Syſt.* i. p. 172.—*Faun. Suec.* N° 97. t. 1. f. 97.—*Rudb. Lapp.* 66. t. 66.—*Gmel. Syſt.* i. p. 423.—*Scop. Ann.* i. N° 50.—*Gerin. Orn.* ii. p. 52. t. 186.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 132. t. 16.—*Raii Syn.* p. 44. A. 8.—*Will.* p. 95. t. 22.—*Briſ.* iv. p. 4. t. 1. f. 1.—*Id.* 8vo. ii. p. 43.—*Friſch.* t. 38.—*Kram. El.* p. 336.—*Schæf. El.* t. 66.—*Brun.* N° 37.—*Muller,* p. 96.—*Faun. Arag.* p. 73.—*Klein. Av.* p. 28. 14.—*Id. Stem.* p. 5. t. 4. f. 4. a-c. d.—*Id. Ov.* p. 17. t. 4. f. 5.

Le Torcol, *Buf.* vii. p. 84. t. 3.—*Pl. Enl.* 698.—*Hiſt. Prov.* i. 484.

Torcocollo, *Zinn. Uov.* p. 72. t. 11. f. 63.—*Cet. uc.Sard.* 84.

Long-tongue, *Kolb. Cap.* (*Angl.*) ii. p. 155 ?

Wryneck, *Br. Zool.* i. N° 83.—*Id.* fol. 80. t. F. G.—*Arct. Zool.* ii. p. 267. B.—*Flor. Scot.* i. N° 69.—*Will.* (*Angl.*) p. 138. t. 22.—*Alb.* i. t. 21.—*Lewin. Br. Birds,* ii. t. 43.—*Id.* t. viii. f. 2. (*Ovum.*)—*Lath. Syn.* ii. p. 548. t. 24.—*Id. Sup.* p. 103.

Habitat in *Europæ*, *Aſiæ*, *Africæ*, truncis arborum putreſcentibus, larvis et formicis victitans. Migratoria.—Long. 7 poll.

Corpus griſeo nigro albo ferrugineoque varium.

Ovum, eboris inſtar, albidiſſimum, teſta tenuiſſima, pellucida.

β. Y. ſupra ferruginea maculis tranſverſis, ſubtus albida ſtriis longitudinalibus flavis.

Torquilla ſtriata, *Briſ.* iv. p. 7.—*Id.* 8vo. ii. p. 44.

Jyngi congener, *Aldr. Av.* i. t. p. 869.—*Will.* t. 22.—*Lath. Syn.* ii. p. 549.

Genus XXII. PICUS.

Roſtrum polyedrum, rectum, apice cuneato.
Nares pennis ſetaceis recumbentibus obtectæ.
Lingua teres, lumbriciformis, longiſſima, mucronata, apice retrorſum aculeata ſetis.
Cauda rigida, rectricibus decem.
Pedes ſcanſorii.

* Pedibus tetradactylis.

1.
martius. P. niger, pileo coccineo.
Picus martius, *Lin. Syſt.* i. p. 173. 1.—*Faun. Suec.* N° 98.—*Gmel. Syſt.* i. p. 424.—*Scop. Ann.* i. N° 51.—*Brun.* N° 38.—*Muller*, N° 97. *Molin. Chil.* p. 209.—*Id. (ed. Gall.)* p. 215.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 134. 2.—*Phil. Tranſ.* xxix. N° 350. p. 509. t. 1. *(anat.)*
Picus niger, *Briſ.* iv. p. 21. 6.—*Id.* 8vo. ii. p. 47.—*Friſch.* t. 34.
——— maximus, *Raii Syn.* p. 42. 1.—*Will.* p. 92. t. 21.—*Klein. Av.* p. 26. 1.—*Ger. Orn.* ii. p. 47. t. 172.
Le Pic noir, *Buf.* vii. p. 41. t. 2.—*Pl. Enl.* 596.—*Salern. Orn.* t. 10. f. 2.—*Ferm. Surin.* ii. p. 176.—*Dec. Ruſſ.* iv. pp. 9. 17.
Great black Woodpecker, *Alb.* ii. t. 27.—*Will. (Angl.)* p. 135.—*Arct. Zool.* ii. p. 276. A.—*Lewin Br. Birds*, ii. t. 46.—*Lath. Syn.* ii. p. 552. 1.—*Id. Sup.* p. 104.

Habitat in *Europæ*, *Sibiriæ*, regni *Chilenſis*, et *Surinami* populis; in *Anglia* etiam, quamvis rariſſime invenitur; in *Ruſſia* maxime frequens. *Nidum* magnum et profundum ſtruit; *apibus* valde infeſtus, his potiſſimum victitans.—Longitudo 17-18 pollicum.

Femina a *mare* colore diſcrepat; in toto corpore nigricat, et in ea nil niſi occipitium rubet. *Ova* omnium quotquot hactenus vidimus alba ſunt.

2.
lignarius. P. pileo coccineo, corpore albo cæruleoque vittato.
Picus lignarius, *Molin. Chil.* p. 209.—*Id. (ed. Gall.)* p. 215.—*Gmel. Syſt.* i. p. 424.

Habitat in regni *Chilenſis* arboribus.—*Corpus Merula* minor.

3. principalis. P. niger, criſta coccinea, linea utrinque collari remigibuſque ſecundariis albis. *(Mas.)*

Picus principalis, *Lin. Syſt.* i. p. 173. 2.—*Gmel. Syſt.* i. p. 425.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 135. 3.
—— niger carolinenſis, *Briſ.* iv. p. 26. 9.—*Id.* 8vo. ii. p. 49.
Picus imbrifœtus, *Raii Syn.* p. 162.—*Will.* p. 301.
Quatotomomi, *Raii Syn.* p. 162.—*Will.* p. 94. t. 22.—*Id. (Angl.)* p. 390.
Pic noir huppé de la Caroline, *Pl. Enl.* 690.
—— à bec blanc, *Buf.* vii. p. 46.
King of the Woodpeckers, *Kalm. Voy.* ii. p. 85 ?
White-billed Woodpecker, *Cat. Car.* i. t. 16.—*Arct. Zool.* ii. N° 156.—*Klein. Av.* p. 26. 2.—*Lath. Syn.* ii. p. 553.

Habitat in *America*; *Cornicis* magnitudine.—16 pollices longus.—In arboribus nidificat, eis foramina ſpiralia excavans.

Roſtrum eburneum, 3 pollices longum: *irides* flavæ: *criſta* occipitis in acutum deſinit: *dorſum* poſticum et uropygium alba.

P. niger, occipite criſtato, linea utrinque collari remigibuſque ſecundariis albis. *(Femina.)*

White-billed Woodpecker, *Lath. Syn. Sup.* p. 105. 2.

Habitat cum priore, cujus ſexus alter. Præſertim diſcrepat pileo corpore concolore, minime rubro.

4. pileatus. P. niger, criſta rubra, temporibus aliſque maculis albis.

Picus pileatus, *Lin. Syſt.* i. p. 173. 3.—*Gmel. Syſt.* i. p. 425.
Picus virginianus pileatus, *Briſ.* iv. p. 29. 10.—*Id.* 8vo. ii. p. 50.
Picus niger, toto capite rubro, *Klein. Av.* p. 26. 3.
Pic noir à huppe rouge, *Buf.* vii. p. 48.
—— huppé de la Louiſiane, *Pl. Enl.* 718.
Larger creſted Woodpecker, *Cateſ. Car.* i. t. 17.
Pileated Woodpecker, *Arct. Zool.* ii. N° 157.—*Lath. Syn.* ii. p. 554. 3. *Id. Sup.* p. 105.

Habitat in *America*; præcedente minor; iiſdem victitans.—15 pollices longus.

Roſtrum plumbeum: *irides* aureæ: *criſta* linea fuſceſcente cincta: *pileus totus* poſtice elongatus ruber; et in utroque capitis latere tænia extat concolor: faſcia per oculos nigra: *ſupercilia* alba: linea alba a naribus utrinque per totam longitudinem colli flavo-alba: *gula* maculæque aliquot parvæ in alis albæ.

 Femina

Femina a *mare* difcrepat in eo quod nil habeat rubri in maxilla inferiore, et *caput* anterius fit fufcum.

β. P. niger, crifta rubra, fronte lorifque flavicantibus, abdomine fafciis obfcuris albis.
Pileated Woodpecker, *Lath. Syn. Sup.* p. 105.

HABITAT in *Americæ borealis* fylvis.—Long. poll. 17½. Lat. 20½. —A priore vix differt, nifi *abdomine* obfolete albo fafciato.

5. lineatus. P. niger, crifta coccinea, linea a roftro utrinque collari ad medium dorfum alba, corpore fubtus rufo-albido fafciis nigris.
Picus lineatus, *Lin. Syft.* i. p. 174. 4.—*Gmel. Syft.* i. p. 425.
—— varius brafilienfis, *Ipecu* dictus, *Raii Syn.* p. 43. 7.—*Will.* p. 94. t. 22.—*Id. (Angl.)* p. 138. t. 22.
Picus niger cayanenfis criftatus, *Brif.* iv. p. 31. 11. t. 1. f. 2.—*Id.* 8vo. ii. p. 51.
Tlauhquechultototl, *Raii Syn.* p. 162?
Pic noir huppé de Cayenne, *Buf.* vii. p. 50.—*Pl. Enl.* 717.
Autre Pic varié, *Ferm. Surin.* ii. p. 170.
Lineated Woodpecker, *Lath. Syn.* ii. p. 556. 4.

HABITAT in *Cayana*; magnitudine *viridis*.—14 fere poll. longus.
Roftrum corneum, maxilla inferior ftriga rubra: *gula* rufo-alba, pennarum fcapis nigris: *remiges* a bafi ultra medium latere interiore albæ: *pedes* grifei.

6. rubricollis. P. fufcus, occipite criftato, corpore fubtus teftaceo-albo, capite colloque coccineis.
Picus rubricollis, *Gmel. Syft.* i. p. 426.
Le Pic à cou rouge, *Buf.* vii. p. 53.
Grand Pic huppé à tête rouge de Cayenne, *Pl. Enl.* 612.
Red-necked Woodpecker, *Lath. Syn.* ii. p. 558. 5.

HABITAT in *Cayana*; magnitudine *viridis*.—16 pollices longus.
Roftrum pallidum: *pectus* flavo-fufcefcens, in quibufdam fulvum: *pedes* plumbei.

7. melanoleucos. P. nigricans, pileo criftato flavefcente, fronte fuperciliis nuchaque nigris, linea collari utrinque ad dorfum alba, corpore fubtus albido fafciis nigris.

Picus melanoleucos, *Gmel. Syst.* i. p. 426.
Buff-crested Woodpecker, *Lath. Syn.* ii. p. 558. 6. t. 25.

HABITAT in *Surinamo.*—12¼ pollices longus.
Pectus et *abdomen* sordide album lineis transversis nigris.

8.
hirundinaceus. P. niger, occipite cristato rubro, humeris albido punctatis, abdomine inferiore albo.
Picus hirundinaceus, *Lin. Syst.* i. p. 174. 5—*Gmel. Syst.* i. p. 426.
—— flavipes, *Gmel. Syst.* i. p. 438.
—— niger novæ Angliæ, *Bris.* iv. p. 24. 7.—*Id.* 8vo. ii. p. 48.
———— minimus, *Klein. Av.* p. 27. 4.
Le petit Pic noir, *Buf.* vii. p. 54.
Yellow-legged Woodpecker, *Arct. Zool.* ii. N° 167.
Lesser black Woodpecker, *Alb.* iii. t. 23.—*Lath. Syn.* ii. p. 559. 7.

HABITAT in *America septentrionali.*—5½ pollices longus.
Rostrum fuscum: *irides* albæ: *pedes* flavescentes.

β. P. niger, macula verticis medioque pectore rubris, occipite flavo vario, superciliis uropygioque variis.
Le petit Pic noir, *Buf.* vi. p. 54.—*Pl. Enl.* 694. f. 2.—*Lath. Syn.* ii. p. 559. 7. A.

HABITAT cum priore, cujus forte varietas.
Femina caret macula *verticis, occipite* non flavo.

γ. P. niger, macula verticis rubra, lateribus ad nucham albis, nucha ipsa aurea, pectore medio lateribusque coccineis, uropygio albo, *Lath. Syn.* ii. p. 560. 7. B.

Latera corporis sub alis albo nigroque fasciata.
Femina caput totum nigrum, *superciliis* albis.

9.
erythrocephalus. P. capite toto rubro, alis caudaque nigris, abdomine remigibusque secundariis albis.
Picus erythrocephalus, *Lin. Syst.* i. p. 174. 7.—*Mus. Adolph. Fr.* ii. p. 21.—*Gmel. Syst.* i. p. 429.—*Borowsk. Nat.* ii. p. 136. 4.—*Bris.* iv. p. 52. 19. t. 3. f. 1.—*Id.* 8vo. ii. p. 56.—*Ger. Orn.* ii. p. 50. t. 176.
Picus capite colloque rubris, *Klein. Av.* p. 28. 12.
———— toto rubro, *Kalm. It.* iii. t. 43.

Pic noir à domino rouge, *Buf.* vii. p. 55.
—— de Virginie, *Pl. Enl.* 117.
Red-headed Woodpecker, *Cat. Car.* i. t. 20.—*Arct. Zool.* ii. N° 160. *Kalm. Trav. (ed. Angl.)* ii. p. 86.—*Lath. Syn.* ii. p. 561.

Habitat in *America* ſeptentrionali.—9¼ pollices longus.
Avis valde infeſta; poma glandeſque devaſtans. Caro ſapida.

10. ruber. P. niger, capite collo et pectore coccineis, macula alarum longitudinali alba, abdomine medio flaveſcente-albo.
Picus ruber, *Gmel. Syſt.* i. p. 429.
Red-breaſted Woodpecker, *Lath. Syn.* ii. p. 562. 9.—*Id. Sup.* p. 106.

Habitat in *Cayana*; præcedente minor.—8½ pollices longus.
Roſtrum corneum: pennæ ſcapulares maculis flaveſcentibus: *remiges rectriceſ*que 2 intermediæ maculis albis: *rectrices* duæ intermediæ albæ, maculatæ.

11. obſcurus. P. nigricans, ſubtus uropygioque albus, ſupra tectricibuſque alarum minoribus albo variegatis, remigibus primoribus apice albis.
P. obſcurus, *Gmel. Syſt.* i. p. 429.
White-rumped Woodpecker, *Lath. Syn.* ii. p. 563. 10.

Habitat in *America ſeptentrionali.*—9 pollices longus.
Roſtrum corneum: *pedes* nigri: *remiges* ſecundariæ albæ, faſciis duabus nigris.

12. faſciatus. P. fuſco-nigricans, vertice loris ſtrigaque ſubmaxillari coccineis, abdomine albo nigroque ſtriato, rectricibus apice albis.
Picus ſtriatus, *Gmel. Syſt.* i. p. 430.
Striped-bellied Woodpecker, *Lath. Syn.* ii. p. 563. 11.

Longitudo 8 pollicum.—*Orbitæ* albæ: *genæ* nigro ſtriatæ.

13. major. P. albo nigroque varius, criſſo occipiteque rubris.
Picus major, *Lin. Syſt.* i. p. 176. 17.—*Gmel. Syſt.* i. p. 436.—*Faun. Suec.* N° 100.—*Scop. Ann.* i. N° 53.—*Brun.* N° 40.—*Muller*, N° 99.—*Kram. El.* p. 335. 3.—*Georgi*, 165.—*Sepp. Vog.* t. p. 41.—*Borowſk. Nat.* ii. p. 137. 6.—*Dec. Ruſſ.* ii. p. 143.—*Hiſt. Prov.* i. p. 484.
Picus varius major, *Raii Syn.* p. 43. A. 4.—*Will.* p. 94. t. 21.—*Briſ.* iv. p. 34. 13.—*Id.* 8vo. ii. p. 51.—*Ger. Orn.* ii. p. 47. t. 167. 168.

Picus

Picus difcolor, *Frifch.* t. 36.—*Klein. Av.* p. 27. 6.—*Id. Stem.* p. 5. t. 4. f. 3. a-c. d. e.—*Id. Ov.* p. 17. t. 4. f. 3.
L'Epeiche, ou Pic varié, *Buf.* vii. p. 57.—*Pl. Enl.* 196. 595.
Groffe Rothfpecht, *Gunth. Neft. u. Ey.* t. 61.—*Wirfing. Vog.* t. 58.
Piccio, *Zinnan. Uov.* p. 73. t. 11. f. 64.
Greater fpotted Woodpecker, *Br. Zool.* i. N° 85.—*Id.* fol. p. 79. t. E. —*Arct. Zool.* ii. N° 162.—*Alb.* i. t. 19.—*Will. (Angl.)* 137. t. 21. —*Hayes Br. Birds,* t. 9.—*Lewin. Br. Birds,* t. 47.—*Id.* t. viii. f. 3. *(Ovum.)*—*Lath. Syn.* ii. p. 564. 12.—*Id. Sup.* p. 107.

HABITAT in *Europa, Afia, America.*—9 pollices longus.

Roftrum nigricans, bafi corneum: *irides* rubræ: *frons* fufco-lutefcens: *occiput* rubrum: *genæ, humeri, pectus,* et *abdomen* albo-flavicantia: *rectrices* quatuor intermediæ immaculatæ.

Femina in *occipite* nil rubri habet.

14.
medius. P. albo nigroque varius, criffo pileoque rubris.
Picus medius, *Lin. Syft.* i. p. 176. 18.—*Faun. Suec.* N° 101.—*Gmel. Syft.* i. p. 436.—*Scop. Ann.* i. N° 34.—*Brun.* N° 41.—*Muller,* N° 100.—*Georgi,* p. 165.—*Dec. Ruff.* ii. p. 143.
Picus varius minor, *Raii Syn.* p. 43. 5.
Picus varius, *Brif.* iv. p. 38. 14. t. 2. f. 1.—*Id.* 8vo. ii. p. 52.—*Ger. Orn.* ii. p. 46. t. 166. 169?
——— major, *Will.* t. 21.
Der mittlere Buntfpecht, *Wirfing. Vog.* t. 37.
Pic varié à tête rouge, *Pl. Enl.* 611.
Middle fpotted Woodpecker, *Br. Zool.* i. N° 86. t. 37.—*Arct. Zool.* ii. p. 278. D.—*Lewin. Br. Birds,* t. 48.—*Lath. Syn.* ii. p. 565. 13. *Id. Sup.* p. 107.

HABITAT in *Europa, Afia.* Verifimiliter *pullus* præcedentis.

Genæ albæ: *rectrices* 3 laterales apice albo variegatæ.

15.
